



LIBER DVODECIM GENITVRARVM,

PRÆTEREA ET MVLTA; QVÆ AD INTERROGATIONES
& electiones pertinent superaddita. Et exemplum eclipsis,
quam consecuta est grauissima pestis.

P R A E F A T I O .


Npriori parte Operis descripta est sententia Ptolemai, scientiāque ipsa tradita, quantum ab homine fieri potest: ut si quid omnino desit in librum de Indiciis denuo edendum conicitur. Quæ autem hie non tam absoluta sunt, bac sunt: Cognitio totius cali ocularis, stellarum & fixarum. Emendatio quaerundam que deesse videntur ad exactam cognitionem locorum & motuum Saturni, Martis atque Mercurij. Accommodata descriptio significationum syderum in Europa, & presertim in Italia. Tabula syderum quæ circa signiferum & quæ regia vocantur, etiam extra cum magnitudine, viribus, locis, ascensione recta, & obliqua. Tractatus de mundi rebus generalibus, cum hac pars paulo tenuius à Ptolemao tradita sit, quam pro tanto negotio expediret Tabula quædam necessaria pro quibusdam operationibus. Et cum his modis componendī instrumentū dirigendi exactissimum, & pro quacunque altitudine, & pro quacunque stellarum latitudine, & pro quibuscumque circulis positionum. Quedam raro euenientium causa & præcepta. Exempla non tam diligenter considerata, sed longè plura, utpote CC genituarum cum diversis omnino casibus & mirabilibus, quedam etiam ad menses, dies & horas suppūtata. Hic verò duodecim, ut polliciti sumus Geneses selegimus admiratione dignas, illustres euentibus & casibus, diligentissime suppūtatas, quorum vita nobis satis perspecta fuit. Harum septem sunt viuentium, quatuor olim mortuorum: una quæ cœpta fuit dum viueret, nunc interim cum edetur mortui adolescentuli Regis Anglici Edoardi Sexti, quæ non solum fortuna quod Rex magnus fuerit, sed virtute, atque casu fortunam superare nedium aquare potest.

G E N I T V R A . I.

Serenissimi Anglorum Regis Edoardi
Sexti.

Ne te longa citutione elector torqueam, miranda huins genesis subiicere incipio. Primum est nativitas ipsa per se admirabilis, nam excilus ex vtero materno fuit: ipsa mater parum vt par erat superuixit. Præstabat enim vt reor hunc puerum non nasci, aut natum & educatum superuivere diutius. Aderant enim illi gratiae. Linguis enim multas adhuc puer callebat: Latinam, Anglicam patriam, Gallicam, non expers, vt audio Græcæ, Italicæ & Hispanicæ, & forsan aliarum. Non illi dialectica deerat, non naturalis philosophia principia, non musica. Humanitas mortalitatis nostræ imago, gravitas Regis Maiestatis, indoles tanto Princeps digna. In viuens magno miraculo humanarum rerum tanti ingenij & tantæ expectationis puer educabatur. Non hæc Rhetorice exornata veritatem excedunt, sed sunt minora. Ut verò harum genituarum rationem reddam, Regis natalis exemplum primam habes. Quæ virtute ad mag-

nos honores ac Principis fastum educta est, sextam habes. Quæ ad Regiam dignitatem, sed cum sacerdotio decimam. Quæ non adepta est, sed attrigit, septimam. Quæ aliena fortuna, vndecliam, simul & violenti exitas. Quæ vlti-



mi fermè status est octana. Amicitiæ non spectata nonna. Egregij status publici virtute & eruditione nō mediocri quinta. Sicut pari ratione gratiæ Regiæ & maioris status quarta.

Ad maxima negotia accommodati & corporis formae rarae tertia. Eius qui ex humilissimo statu ad maximum per solam eruditio[n]em ascendit duodecima. Laboriosissimi morbi & præter id dexteritatis singularis secunda. Præterea si fortitudinem spectare liber, videas secundam & sextam. Si efficaciam sextam ac septimam. Apponam & coniugalis amoris & bene fortunati coningij insigne ac rarum exempli. Multa præterea, quæ ad interrogations & electiones pertinent, superaddam. Exemplum eclipsis quam consecuta est gravissima pestis.

Ex hac verbè genesi sex maximè notatu digna habebis. Primum quidem ordinem constituti principia cuiuscunque consideracionis astronomicae. Secundum matris mortem subitam & infantis ex utero excisi rarissimum exemplum. Tertium fortunæ Regiae tam paternæ, quâm propriæ hereditario iure aquisitæ argumentum: vt intelligamus de his non verificari Ptolemaei dicta. Quartum de causa singularis eruditio[n]is. Quintum de vita, quod non semper à principalis apheta incurru interrupitur. Sextum de vi Fati, qua quædam scire, alia pronunciare prohibemur. Quod ad prius attinet, sic negotium instituemus, in primo Planeta cuncta ad memoriam renuncantes: In aliis postmodum solum quæ sunt propria, vt in exemplo.

Saturnus igitur hac in genesi iuxta Ptolemai sententiam est potentissimus à Sole enim primum habet statum, auctus enim lumine & motu orientalis, & in angulo, licet iuxta finem nocturnus tamen: latitudinem habet Serpent. Ascen. Par. 1. mi. 36. cum Borealiore Capitis Virginis quinta magnitudinis de natura Mercurij & parum Marris. Aliquid præterea affine habet cum Cauda Leonis prima magnitudinis naturæ Saturni ac Veneris. Ipse communis dominus est locorum luminarium, in signo calido & sicco secundum substantiam, frigido & sicco secundum qualitatem. Communis est hoc signum bicorporeum humanum: dominus & altitudo Mercurij, trigonus Lunæ & Veneris, in Louis finibus, in loco humidu[m] secundum qualitatem. Iupiter trigono applicat illi ob retrocessum aliter separans se: Venus autem corpore utroque modo se illi applicat. Distantia à cœli medio Par. 1. 19. mi. 22. Hor. Temp. par. 16. mi. 12. Signum femininum & nocturnum atque infelix: Nam in eo ambæ beneficæ cadunt: Et dum Sol in eo est, folia arborum cadere incipiunt.

Iupiter debiliissimus inter primam stationem & oppositionem Solis retrocedens in tertio statu calidus & siccus quod ad substantiam, & calidus quoad qualitatem, Occidentalis & nocturnus in signo fixo, calido, humidu[m] secundum substantiam, frigido & sicco secundum qualitatem: feminino nocturno, in carpentis Veneris & Lunæ, & finibus propriis, locus Martis est intuens. Australis descendens Par. 1. minut. 47. cum Capite Gorgonis secunda magnitudinis naturæ Saturni & Louis: Mars quadrato eius applicat mutuo, Luna ab eius trigono discedit. Discedit & natura, à Saturni ac Veneris trigono, verum casu mutuo illis applicat, in casu

li medijs apice. Coascendit medio loco eius & cœli medijs humerus dexter Persei, magnitudinis primæ naturæ Saturni & Louis. Succedunt illi Pleiades naturæ Martis & Lunæ. Distantia recta à cœli medio Par. 1. mi. 21. Hor. Temp. Par. 1. 9. mi. 12.

Mars dominus est Sortis & loci Mercurij. Idem quadrato Louis mutuo applicat & Mercurium venientem expectat. In secundo statu est Orientalis calidus & humidus secundum substantiam, siccus secundum qualitatem. In cadenti ab angulo, in carpento Solis, in Louis trigono, in Mercurij finibus: In diurno & masculino signo calido & sicco substantia atque qualitate, fixo & valido, intuens, vt dixi, Iouem. Commixtus duabus stellis quartæ magnitudinis propriæ naturæ, atque Saturni. Latitudinem habet Borealem, ascendentem Par. 1. mi. 2. Dis. Rect. Par. 84. quod 28. Hor. Temp. Par. 1. 9. mi. 20.

Sol dominus loci Martis undeque debilis est, nisi quod in signo est masculino: Nam cadit ab altitudine ab angulo, mediorum motu, nocturnus, in domo Veneris, carpento Saturni, trigono Mercurij, finibus Martis, qualitate humidus: In signo frigido & sicco secundum substantiam, calido & humido secundum qualitatem, mobili & æquinoctio. Dis. Rect. Par. 1. 57. mi. 32. Hor. Temp. Par. 1. 2. mi. 28.

Venus dominus loci Solis, Louis & cœli medijs, non dicitur applicare Ioui, quia Saturnus intercipit: Applicat verè Saturno. In domo altitudine & finibus Mercurij. In trigono Lunæ proprio. In tertio est statu matutina Occidentalis, est enim cursu velox. Cum stella est quarta magnitudinis naturæ Veneris & Mercurij. Ipsa latitudinem habet Meridianam ascendentem Par. 0. mi. 20. Cauda Leonis prima magnitudinis naturæ Saturni & Veneris inter ipsam & Saturnum posita est. Frigida & siccus secundum substantiam, humida secundum qualitatem. In casu proprio ab altitudine in signo Saturni & in angulo. Dis. Rect. Par. 1. 14. min. 30. Hor. Temp. Par. 1. 6. min. 37.

Mercurius in primo statu vespertino Orientali licet nondum oriatur. Est enim velocissimus in domo trigono & finibus Martis, sed & Luna secundum possidet trigonum: Cum luminosiore lancis Meridionalis secunda magnitudinis naturæ propriæ & Martis. Applicans Marti quadrato & Lunam venientem quadrato excipiens, calidus & humidus secundum substantiam, humidus secundum qualitatem. In signo feminino fixo, nocturno, frigido & sicco secundum substantiam, frigido & humidus secundum qualitatem, Pes simo & venefico. In mundo debilis. Dominus Horoscopi loci Saturni atque Veneris, nocturnus: latitudinem habet Meridionalem descendenter. Par. 1. mi. 20. Dis. Rect. Par. 1. 64. mi. 54. Hor. Temp. Par. 1. 1. mi. 50.

Luna in fine quinta dominus, & à Solis quadrato discedens ad oppositumque Martis tendens (Quod in prima constitutione à me prætermissum est) in absidis opposto. In casu suo, in domo & finibus Saturni, in altitudine Martis, in proprio deinde Veneris trigono calida

& humida æqualiter secundum substantiam, frigido secundum qualitatem, domina cœli medij & loci totius: In signo mobili fœminino nocturno, frigido & humido secundum substantiam, frigido & siccō secundum qualitatem. Latitudinem habens Meridionalem descendentem Par. 4. mi. 28. Differ. Rec. Par. 72. minut. 21. loci oppositi Hor. Tempus. Par. 20. mi. 10.

Cœli autem medium in felicissimo est signo & optimo. Cæterum quæ dicta sunt de Louis loco, de hoc eodem dicta intelligentur.

Ascendens est penultima Leonis pars. Cæterum signum Virginis totum fœmē horoscopum possidet. Quæ dicta sunt de signo. Finis Martis ei obedit, locus Mercurij, Radix quoque illius, sextiles ibi & trigoni Louis & Saturni, & Veneris præsentia, & stellæ quæ cum illis. Haec autem dictæ sunt. Differentia recta Par. 104. mi. 32. Hor Tempus, Par. 17. mi. 45.

Sors est in domo & trigono Martis, inde Luna & finibus Saturni, in signo eodem cum Mercurio, ibi requiras qualitates, in sextili Lunæ & iuxta anguli finem, loci oppositi, Differ. Rec. Par. 11. mi. 0. Hor Tempus. Par. 10. mi. 2.

De vero tempore geniture.

Saturnus fuit dominus loci novilunij, & ipse fuit in decimaseptima parte signi, ideo etiam cœli medium. Præterea anno decimo quo Lunæ trigonus ad cœli enīmen peruenit conturbatio in regno facta est. Alij deduxerunt cœli medium ad trigonum Lunæ pro regno adipiscendo. Et ita posuerunt secundam partem Virginis in horoscopo, sed non est iuxta Ptolemai sententiam. Atque hac de initis quæ præponenda sunt in genituri, nam de ordine Capitum non est hic locus cuius ad perfectam ætatem haud peruenierit. Absoluimus igitur primum.

De utroque parente.

Patris significator est Saturnus, utramque beneficam ex angulo recipiens, unde optimè dispositus videtur. Sol vero cum dirigitur ad Martis infelicitis quadratum in annis nonem, significabat mortem ex hydrope, quia erat radius ex loco infelici Veneti in locum infelicem cum Saturni mixtione: & ex signis longarum ascensionum atque ex prima in quartam. Erant enīra Veneris radix sextilis infelices. Atque ita multipliciter Sol eo tempore afflictus est. Antea autem cum peracuit ad Mercurium, significavit expeditionem bellicam contra Regem Gallorum factam, simul cum exitu extra patriam. Et haec ut dixi in primo genitæ nativitate suissint conspicua.

Martis autem utraque significatrix damnata est, Luna cadens in Capricorno in dignitatibus maleficarum, cadens ab angulo sub terra in quadrato Solis infelicitis lens ad oppositum Martis, significavit mortem imminentem, & aliquam dilacerationem, ex ferro, neque beneficarum villa. Lunam alpiciebat, Venus quoque in suo casu cui succedebat Sa-

turnus & illi applicabat, significauit deesse suppetias. Sed cum Sol infelix in quadrato Lunæ esset, non diligere vxores patrem declarabat. Habuit enim pater sex uxores, & ex his duas repudianuit, quæ legitimæ erant, duas capite proprie adulterium perficiuit, tertiam in partu execto infante amisiit. Rara historia, sed tamen hæc nostra ætate tota perfecta sunt. Habet igitur secundum consideratione dignum.

De fratribus atque sororibus.

Luna multipliciter afflita, & cœli medium in trino Saturni, qui est in sterili signo, declarauit nullum fratrem, aut sororem ex eadem matre, nam paternos non curat Ptolemaeus, tametsi paternas sorores duas superstites esse constet.

De sexu, numero, perfectione, nutritione.

Quia ista iam nota sunt, nolim hanc ostentationem sequi. Quia tamen Saturnus est in horoscopo & utriusque dominus trigoni eius debilis secundum substantiam, & signum horoscopi non valde vitale, significauit debilem vitam in pueritia: Est vestigium in facie quod mors immatura præuenit. Fuit de cætero formosus ob ætatem & parentes qui pulchri fuerunt, & Venerem in ascidente, vincus & sine labo etiam nutritus.

De duobus principiis in hac genitæ considerandis.

Duo maxima mala habet hæc genesis & rata certè, Primum quod ambo luminaria sunt in casu suo: & inuicem quadrato radio distantes, & Venus etiam in casu, & Iupiter debilis & peregrinus. Secundum quod etiam est deterius, est quod omnia loca præcipua sunt in dignitatibus maleficarum, & maleficæ fermè super omnia eleuantur. Saturnus tamen à Ione multum mitigatur, sed Mars nimium sanit, in quadrato enim Mercurij, & duodecimo loco Solem & Lunam venientem quadrato excipit, in signo fixo & sævo, quo sit ut patrem, & matrem & ipsum fuerit interempturus. Sed diversis modis patrem conuictus Veneri & Saturno, ideo hydrope, ut dixi. Matrem Soli commixtus, ideo repente. Ipsum solus congerminatus, ut signo loco videbitur. Cum igitur ex primo omnia loca optima luminaria & beneficia ambæ etiam Sors sint, impedita & in casu. Ex secundo omnia in potestate maleficarum, misero huic adolescentulo multa, & magna inconvenientia accidere necesse erat. Quia tum tamen ob Louis situm mitiganda tandem, & in melius mutanda decernebatur, præter ea, quæ ad vitam pertinebant, nam in ea ut videre licet beneficæ nullas afferebant suppetias. Si yixisset sero tamen hæreditario iure regnum non patrum erat aucturus,

De forma corporis.

Ordo dieendorum, & historia subsecutæ rei postulant, ne cogat eadem bis dicere, vt caput de vita ultimum faciam, nec omnino præter rationem, nam vt vita omnia præcedit, atque ob id præponi eius caput debet, ita mors omnia subsequitur, atque ita postponit: Cum igitur mors vita coniuncta sit, vt vitæ ratione cunctis præponi poterat, ita mortis conuenienter postponi. Fuit igitur statura infra mediocrem pauculum, candido vultu, oculis cæsis, gravitate aspectus, decorus & formosus. Vitiis potius, quam morbis corporis subiectus, quod malefice à Sole essent Orientales: Habuit igitur spatulam paulo ampliorem, hæc aut ad monstram formam non pertinent, et si à nativitate contracta. Quæ verò non perpetuo manent morbi dicuntur, vt exæctas, surditas ad tempus, nec ex apheterum directionibus pendunt. Febres autem & morbi generales & graues fiunt ex apheterum directione valida aut debiliore, cum processibus atque ingressibus.

De diuitiis.

Sors malè posita est & in maleficarum potestate, & Mars malè quoque positus est: Et significat dilapidationem patrimonij. Luna tamen adiuuat extili debili, quoniam infelix est. Sed Sol in Libra cùm regnum sit sub Ariete seditiones denuntiat, vt etiā Pleiades in cœli medio. Successibus tamen temporum cum Saturnus Veneri iungatur, felicitates interpolis vicissitudinibus.

De amicis, inimicis & seruis.

Amicos & inimicos non ex propria cuiusque genesi agnisci posse docimus. Attamen loci illi quatuor principales considerandi. Ex Leone & Aquario tamen præcipue sumendi, quia haec signa sunt inconiuncta ascendentí & Lunæ, maximè si Virgini initium in ascendentē ponatur, & quia Mars est in horum altero, in alterius autem oppositi. Qui verò Lunam habent in Cancro aut Piscibus hi omnipotenti fidelissimi. Præterea iuxta nostra principia malefica in locis oppositis aut in coniunctis & ad maleficas aliquando faciūt odisse. Amici voluntatis causa ex Virgine & fine Leonis. Ex Libra & Scorpionis initio, item Capricorno & initio Aquarij yctiles, sed ab his non prius prodetur. Ex Scorpione in fine propter sortes & initium Sagittarij. Inimici igitur relinquuntur ex Leonis & Aquarij prima medietate, vt dictum est, & Piscium secunda medietate, propter locum Saturni & horoscopi.

De itineribus.

Itinera conficiet non longa ad Austrum & Boream ob latitudines, & magis ad Orientem propter Martis & Lunæ situm, quam ad Occidentem. Situm tamen regionis considerare expedit in Rege & conversionis necessi-

tatem. Et cùm Luna cadat in quadrupede & Mars à Mercurio affligatur offensiones suæ tempore à quadrupedibus significabit.

De honoribus & dignitate.

Rex hic genesim habuit quinti status, & tamen hæreditario iure adeptus est regnum. Patet ergo ea quæ dicta sunt à Ptolemæo de fortuna honoris & dignitatis ad patris statum in comparatione esse intelligenda, nec tenere in iure hæreditario, sed velut in sacerdotij ordinibus in his enim maximè verentur, quæ à Ptolemæo scripta sunt, atque similibus. Sunt Pontifices priuatis & humilibus virtis arque plebeis. Ex hoc igitur habes tertium insigne.

De animi qualitatibus.

Dominus loci Lunæ & Mercurij communis est Luna. Proprii & efficaces Saturnus & Mars. Saturnus fuit in ascendente & in domo Mercurij, & Mars recepit Mercurium. Fuit in hoc monstrificus puerus, hic lingua iam septem, vt audio, per didicerat, Propriam, Gallicam, & Latinam exactè tenebat. Dialecticæ non expers, & ad omnia docilis. Cum illo congressus decimū quintum adhuc agebat annum, interrogauit (Latinè non minus, quam ego politè & promptè loquebatur) quid continat libri tui de Rerum varietate rari. Hos enim nomini M. S. dedicaveram. Tū ego Gometarū primū causam diu frustra quaestā in primo capite ostendo. Quænam inquit ille. Concurfus, ego aio luminis, etrat: corum syderum. At Rex quomodo cū diversis motibus astra moventur, non statim dissipatur aut motetur illorum motu. At ego moueri equidem, sed longè celerius illis ob diuersitatem aspectus, velut in crystallo & Sole cū iris in pariete reflectet. Partia enim mutatio magnam facit loci differentiam. At Rex: & quoniam pactio absque subiecto illud fieri potest, iridi enim paries subiectū. Tū ego velut in lactea via, & lumen reflexione, cū plures candelæ propè accense medium quoddam lucidū & candidum efficiunt. Itaque ex vngue Leonem, vt dici solet. Fuit hic in maxima omnium aut bohotū, aut eruditorum expectatione, ob ingenitatem atque suavitatem motum. Prus cœperat fauere artibus quam nosceret, & noscere antequam vi possit. Conatus quidam humanæ conditionis quem non solum Auglia, sed orbis erexit immaturè dñe dñe debet. Plurimum educationi debaueramus, plus erexit est hominum dolo fraudem. O quam bene dixerat ille:

Immodicus brevis est das & rara senectus.
Specimen virtutis exhibere potuit, non exemplum.

Flete nefas magnum, sed toto flebitis orbe.

Mortales: vestris corrunt omnes bonae.
Nam Regum decas, & inueniunt flos, specique bonorum.

Délite seculi & gloria gentis erat.
Dignus Apollinis lacrymis, doctaque Mi- nera.

Flos fatus, ben mōre concidit ante diem.
Te intulit dulcissimus Musa, supremaque flen- ter.

Munera

Liber XII. geniturarum. 507

Munera, Melpomene trifia fata canet.

Vbi gravitas regia requirebatur, senem vidisse, ut blandus erat & comis etate in referebat. Cheli pulsabat, publicis negotiis admouebatur, liberalis animo, atque in his patrem æmulabatur. Qui dum nimium bonus esse studuit, malus videri poterat. Sed à filio aberat suscipio criminis, indoles philosophiae studii exulta fuit. Ceterum quod ad astra attinet Mercurius in statu vespertino ascendens respxit eum dominabatur, & adhuc sub radiis erat, Mars autem & Saturnus Orientalis & robusti, maximeque Saturnus, ac bene dispositi, animam liberam reddunt. Hoc autem est quartum insigne.

De vita spatio

De vita verò spatio vltimo dicendum est, quoniam vt præfati sumus cum morte cōiunctum est. Dicam autem quæ primo scripsera, vt etiam in precedētibus quorum extat apud Regios exemplar. Vita debilis omnino erit: nam luminaria infra terram sunt, & Venus quæ in ascendentे est, infelix est, & Saturnus illi succedit, ascendens quoque ex signis minime vitalibus. Saturnus tamen aut Venus apheta est.

Quæ post considerauit de eodem.

Deduxi post modum oppositum Martis ad Lunam, vt præcipit Ptolemaeus, & fuit diitania Par. 13. Min. 4. quo tempore imminebant insidie à seruis propriis & periculum vite. Eodem tempore peruenit Sol ad

Oppositi Lune.			
72	21	20	10
84	28	19	20

quadratum Martis, hoc modo in annis 14. completis paulo plus. Hoc igitur tempore

Oppositi Solis.			
22	28	17	32
38	4	18	32

expresè immeinebat periculum amissionis etiam regni, rebellionis causa. Consulai igitur processus & ingressus anni 16. & fuerunt, vt vides. Et manifestum est quod non poterat quadrare, quia eodem tempore Sol

Process.	Dir.	Ingressus
Sol	28.6 p	12 m 28.6. Σ
Luna	28.44 V	10.16. \approx 8.4 Ω
Ascendēs	29 m	Saturn. 27. 44. \approx
Cœli med.	17 Ω	Jupiter 28 45 Σ
Sors	29.38 \approx	Mars 2. 48 Ω
	Venus 10 3 \approx	
	Mercur. 18 18 m	
	Caput 14 17 Σ	

peruenit per processum ad locum Luna iniunxit in radice, & vicissim Luna ad oppositum Solis iniunxi. Et per directionem, vt

dicitum est, Sol ad quadratum Martis sub Sextili longo Saturni. Et Luna ad oppositum Martis, & in ingressu ad locum Martis & ibi Mars vt nil evidenter. Bisariam enim Sol directione & processu afficiebatur, & Luna quadrifariam, trifariam à Marte directione, corpore, & radice, Sol etiam à Marte. Cum igitur Mars esset anerera, significabat mortem cum sanguinis profluvio & feroce maximo. Sic igitur misellus ille adolescentulus suorum prodizione interceptus obiit. Año aetatis 15. mensibus 8. diebus 28. expletis. Scilicet anno Domini 1553. die 6. Iulij, ex febre tabifica cum astu, fluente per os sanguine.


Ex quo patet, quod non debemus pronuntiare de vita spatio in debilibus genituris, nisi prius consultis directionibus omnibus aphatarum, processibus, & ingressibus. Et nisi esset quod ego in prognostico quod illis dederam ad hæc me reseruasssem, iure poterant de me conqueri. Sed maior huius fuit causa, quam statim subiiciam: Hoc igitur est quintum.

Fatūm.

Ecce fatum, consumperam in condendo prognostico horas circiter C. solitus Aphatas omnes dirigere, si mediam horam adiecerim, poteram & Solem, & Lunam dirigere, quibus directis, vt clarum est, periculum è vestigio apparuerit. Non confusus directioni, statim ad processus & ingressus venissem, tunc res ipsa patuerit, mortis periculum, neque enim tantus sum, vt audeam dicere certam mortem (quanquam & illa tuto posset cum tot testimonis vna consentientibus pronunciari) proditio, tumultus, regni translatio, & cetera quæ sequuntur: Nam naturæ bonitate cogebat prædicere. Inde qui metus, suspitiones Regi? At mihi certe maxima pericula incumbeant. Cogebat sententiam meam dicere. Qui terrores, quæ voces, alij inanem & stultum prædicarent, alij pecunia ab aliquo Principe, corruptum dolo agente, vt aliquem enuererem, aut Regi mentem alienarem, alij spe corradenda pecunia ista commentum. Vnde mihi auxilium, aut spes illa inter gentes ignoras, quæ nec suis parciunt, præsertim Rege adhuc puer, qui nec leipsum nedium me tutari valuerit? Cum maximè credulam pueri mentem, hi in quorum potestate erat & quibus mens patrandi facinus, infensam milii facile reddidissent. Itaque certum erat non redire in patriam, & si optimè res cessisset, cum quo præmio tanti periculi & perturbationis animi. Memini me legisse duos existim prædixisse Principibus, Ascleptarianis Domitiano, qui statim præmium tulit vere prædictionis, mortem: Et sacerdotem Duci Galeazio Sforzia & ipsum vere, qui in carcerem coniectus fameque crudelissime eneretus est, cum aliquot diebus vitam lotij proprij portu protraxisset. Fortan & Rex periculum vitaliter, vel quia proditor metu rem distulisset, vel alia via. At mihi ex innata sinceritate & quod miserum adolescentem

amarem, sortisque eius misererer, certum erat etiam cum manifesto vita discrimine omnia patefacere. Quamvis futurum credem, vt me irriterent. Ergo valentibus fatis, nec singularis huius artis cognitio prodidisse Regi potuit: nec bonitas atque simplicitas ingenij mibi obesse. Simili prouidentia seruatus sum cum in Scotia usque ad Aprilem praesentis anni manere debuisssem, hortante atque rogante te Antistes optime. Certum enim est si mansum simili ratione in reditu, qui contigisset tempore, quo iam Rex morbo laborabat, in casses incisurum. Itaque pro duplice periculo a quo seruatus sum gratias omnipotenti Deo ago. Potuisse sane more quorundam astrologorum fingere me nouisse, quæ ventura essent, tacuisse ob timorem, facile hoc erat in re tam conspicua, sed tantum ab fuit, vt vel de hoc cogitarem, quantù minus ut præuiderim. Præuidebam certè, sed alia ratione, cum omnia in unius potestate esse cernerem, puerum arcem, thesaurum, senatum, classem. Filios enim quibus pra esse non poterat, præfecerat: atque eius cuius patrem Regis pater capite multauerat, ipse vero duobus maternis patruis vicissim damnatis atque capite mulctauerat omnia, vt non magis odio, quam metu in Regis necem conspirare cogeretur. Cumque omnibus silentibus pra metu (multos enim indicio quos libuerat damnauit) patritiorum plerosque distributis ecclesiæ bonis sibi cœciliasset, vt omnia unius arbitrio agerentur, atque eius iure Regis inimicissimi, commota mihi nausea, miserrusque Regis conditionis, melior vates natali prudentia, quam artis huius peritia, statim discessi, ominatus simul ingens malum, ac territus.

Verum postquam huius Regis mentionem feci, patris eius schema subiicere placuit: in quo tria maxima cernere licet. Primum quod vt dixi, cum sex uxores duxisset, duas repudiavit, totidem capite mulctauit. Fuit Venus cum Cauda & Lampade stella naturæ




Martis: & Luna in occiduo cardine in Martis dignitatibus. Mars vero in Virgine infelici signo & quadrato Iouis infelici. Mutauit preterea legem ob hanc causam Pontifici Maximo succensens. Id contigit ob Veneris situum, & ea quæ illi adhaerere diximus.

Opofuit & aliquid habere cum constellatione sectam significante. Et aliquas eclipses præcessisse, quæ longum esset perseguiri. (Ex his duobus cum aliis causis factum est quod Antistes Lexouiensis mihi narrabat Besuntij, scilicet ut biennio antequam periret inuenia sunt LXXII. millia hominum, iudicio, & carnifice sub hoc Rege, qui tamen vix unius insula dominus est, perire. Ut parum mirari liceat, Imperatores Romanos totius orbis dominos & Ethnicos servisse, cum pauci illorum in tanto imperio hunc numerum excesserint.) Præter hæc fuit ditissimus Rex propter Sortis & Louis situm, cuius opulentia partem maximam absumpsi ob quadratum Martis inimici. Iupiter enim cadit tam in Virgine, quam in Geminis. Fuit etiam munificus, liberalis, & splendidissimus, nec à Musarum cultu alienus. Qui forsan si Thomam Morum non occidisset virum bonum, eruditum & (vt reor) infontem, & excusari poterat, & semini suo causas tantarum calamitatum non reliquisset. Discite vos Reges sacratis parcere Musis. Si enim bonus non sit securitas, frustra quisquam bonus esse velit.

GENITURA II.

*Illusterrimi Archiepiscopi B. Andreæ
Scoti Ioannis Amulthoni.*

Non hic Encomium virtutis tuæ scribere propositum est, sed exempla magnifica, ob id constantia, summa prudentia & humanitas ac patientia iconem habent letores, tum morbi fermè inexpugnabilis. Simil & testimonium peritiae nostræ in hac arte, & veritatis ipsius artis. Aequalia enim sunt causas ex effectibus prædicere & ex causis effectus: licet hoc maius videatur. Cum



enim Gulielmus Casanatus morbi vim ac pertinaciam mihi exposuisset, atque is nunc vinit medicus insignis, cuius genesis inferius exponam, dixi oportere illi Saturnum esse in sexto loco, & Lunam tam propriè, vt per directionem iuxta tempus quo morbus cooperat illi applicaret. Itaque post aliquot dies habitu tempore, utrumque verum inveniunt est. Retulique

Liber XII. geniturarum. 509

Retulitque id Cel. tuæ, Antistes maxime, non sine admiratione. Quod si partam gloriam, id est, iam certam sauciare non extimuisse, auras fuisse adiucere quod in Scorpione, quia

solum id signum fixum inter aquæ. Morbus autem ex pituita & plus quam inexpugnabilis. Sed tacni hoc, contentus potius mediocri gloria, sed tuta, quam maxima atque dubia.

Motus		Latitud.		Stellæ fixæ
Sol	Velox	Coascend.	Dex. Hum. Aur.	♂ & ♀
Luna.	Tardiss.	M A 3 17	cum *	3e M ♂ ♀
Saturnus	Pa. Stat.	S A 2 40	cum *	3e M ♂ ♀
Iupiter	Velociss.	M A 0 54	cum *	4e M II ♀
Mars	Velox	S D 0 48	cum *	4e M II ♀
Venus	Tarda	S D 4 40		
Mercurius	Velociss.	M A 1 15	Coascend.	Ala Peg. ♂ & ♀
Cœl. M.	Cum stellis naturæ *		parum	♀
Ascendens	Lampadias naturæ ♂			
Sors				

Non in omnibus omnia præstamus, sed perfectio ex multis colligenda est. Prædicti & hoc Casanato cùm Lunam in parte 26. Virginis inuenisem in Ephemeride perpetuo ertorem esse in illius loco. Nam oportere existimani quo anno illa inspirandi difficultate correpta est Cel. T. Fuit autem 31. Lunam ad Saturnum peruenire, atque ita evenit. Erat autem Saturnus quadrifariâ pessimè affectus in sexto loco in casu Lunæ, in signo fixo & malefico & cùm inerrante malefica. Præterea in signo aquo & flâs, vt nihil durius vel cogitatione ad morbi præ uitatem addi posset. Eodem etiam anno Sol peruenit ad Leonem signum, in quod cadunt radij inimici Solis, Mercurij & Martis atque Saturni. Et ibi plures stelle naturæ humidæ & frigidæ. Nulli præterea radij beneficarum, quare Leo est signum infelicissimum. Et significat cor & pectus: Et ob id cum Sol Leonem ingreditur a medio Iulij ad medium Augusti, pessimè afficitur. Sol enim ex potentia ad actum edicit promissa.

Quo ad radicem, Sol est Aphæta in Aquario afflictus à Marte quadrato & à Mercurio. Et ideo direxi ipsum ad Saturni oppositum & in annis 48. perueniet ad ipsum, quo tempore vix euaderet. Et aderit periculum veneni, & cordis passio. Et hoc si eualerit 1554. in cuius initio, & est 43. ætatis, Luna combusta erit iuncta Marti & Mercurio, in dignitatibus maleficarum. Processus hi * 24 Δ, Ascendens 2 ♀, Luna 9 X, Cœli medium 27. ♀, Sors 17. II. Solis igitur locus ab opposito Lunæ, & Martis, & Mercurij in reditu affligitur.

De difficilimo suppositionum modo in propriis temporibus decernendis.

Videtur autem illius anni periculosus tempus à die 20. hor. post meridiem 10. mi. 30. mensis Iulij usque ad 14. diem, hor. 21. mensis Septembri. Hoc autem distinguere magno labore & diligentia indiget, cum sit difficilior cognitione anni, qui satis clara est propter quinque casas. Prima est quod in annis directio exquisita non errat, in mensibus & diebus non satisfacit, tum quia locus erraticarum in minutis non est exploratus, tum etiam quia tabulae in tot supputationibus aliquid erroris minimi continent.

Secunda quia processus anni simplices sunt, & primi & ad loca directionem Aphatarum, quæ sunt eadem locis corporum aut radis Anætarum. In mensibus vero est dubium an ad loca processuum & ingressuum redditus anni, an radicis sunt comparandi. In annis præterea quod maximum est initium, seu causa effectus, & perfectio & finis fermè semper ob anni prolixitatem in idem incidit, non in mensibus aut diebus. Videntur tamen obseruasse finem Ascleptarion & Franciscus Maria Ferrariensis Horum enim duorum tantum memoria extat tam exquisitissimæ cognitionis. Sed in his quoniam voluntaria erant, finis non differt à perfectione, sed tantum à causa. Quarta est quoniam concusæ exteriores, vt in creando Pontifice prioris mors in eundem annum faciliter coincidunt quam mensem & multò minus diem. Ultima quia circuitus in anno semper complentur, aut saltem medietates, in mensibus non ita; nec est certum quid præponere debeamus ex multis, utpote oppositionem integræ restitutioñi. Haec autem persæp̄ ambae in eodem anno continentur. Ex hoc habetur quod ad inuenienda tempora propria necessaria sunt quinque primi directio exquisitissima, quia contingunt promissa circa tempus exactæ directionis ferè semper. Secundam est ingressus Solis in locum Anætarum cum obseruacione distantiae. Tertiū processus deteriores in comparatione ad processum anni, seu radicem, & est locus Anætarum, seu promissoris ad quem directione pertinet significator. Quartum redditus domini loci & maximè finis per integros circuitus, ant ad locum sibi oppositum. Quintum ingressus & congregatio Planetarum in loca principalia figuræ. Veluti primus circuitus, Saturni est argumenti in corpore, secundus status, tertius declinationis. Iouis primus circuitus est incrementi, secundus status incrementi, tertius declinationis incrementi. Quartus honoris & sapientiae initium continet, quintus statum, sextus declarationem.

Redeo ad institutum, Venus potens & Luna decernunt matre longam vitam, patri non ita, cùm Sol a Marte affligatur, & Saturnus in sexto loco debilis & stans sit.

Circa mores optimi sunt decreti à Saturno, Ioui & Mercurio commixto. Mercurius à Saturno obseſsus ex signo mutuo impedimentum

mentum in lingua significat. Cæterum animo. Cæsareo & plâne invicto. Splendidissimumque statum ob sydera fixa in ascendentे & cœli medio constituta.

Luna in opposto Iouis ad trigonum Veneris pergens multas adducit felicitates, sed tamen plenas anxietaes & periculi.

Cœla concordia cum octava genesis & amoris erga nos quintuplex est. Vbi Celsitusta habet, Caput, ego Venerem & Mercurium, vbi Venerem, ego Cœli medium; vbi Iouem, ego Lunam & in opposito Lunam Cel. tuæ. Vbi Saturnum, ego in opposito Iouem & ascendens, quod caelam amicitiae significat, scilicet oppugnandi morbum. Anno 1551 quo amicitiam inij Sors mea directione fermè peruenit ad locum Sortis Celsitatis T. vt omnibus liquet.


GENITURA III.

Illustriſſ. Principis Badoſie Claudiij Laualli.

ET fortuna & ingenio, & moribus, & corporis forma genesis hæc admirabilis est. Vir est procerus, iusta magnitudine satis maior, obesus & crassus. Cumque hac forma ingeniosus, mathematicarum non ignarus, civilis, magnificus, comis. In rebus etiam agendis callidus, prudens, impiger. Quique multum suo Regi sua sagacitate consultit. Cœla amicitiae cum Rege suo est locus Solis idem. Et locus Veneris huic, est ascendens fermè Regi. Legatus est Regis Galorum apud Regem Anglorum. Sapientius præfatus sum omnia, qua dictum intelligi debeat, si non repugnauerint constitutiones generales: Terræmotus, naufragium, bellum, pestis, annonæ penuria, sedatio, lex noua.

Stelle splendidae.

Cum Saturno coascendit Scorpij cor naturæ Iouis & Martis cum Marte stellula quartæ magnitudinis naturæ ♂, Venus cum Ala-



Pegasi magnitudinis secundæ naturæ Martis & Mercurij. Mercurius cum splendida in lino Piscium magnitudinis quarta naturæ Saturni parum Mercurij. Luna cum ceruice Leonis

naturæ Saturni, parumque Mercurij coascendit, & fermè cum dextro humero Persei naturæ Saturni & Iovis. Ascendens in initio Laetæ viæ. Cœli medium cum extrema caudæ Vrsæ maioris nature, Veneris & Lunæ. Occidens autem descendit cum capite Medusæ naturæ Saturni, & Iouis & est cum dextro humero Aurige naturæ Martis, & Mercurij. Sors cum splendidis quæ in Argœ naturæ Saturni & Iouis. Dicemus autem significata expositis his prius quæ ad directiones pertinent.

De parentibus

Luna in quadrato maleficarum & Venus cadens & retrograda breuem vitam & debilem matri portenderunt. Saturnus in opposito Martis & Sol cadens ab angulo, patri

	Differentia		Recta		Hor.		Temp.	
	G	M	G	M	G	M	G	M
Cœli Med.	211	15						
Ascendens	61	7			10	15		
For. Pars	19	35	op.		11	55	op.	
Saturnus	43	12			10	40		
Jupiter	48	35	op.		10	30	op.	
Mars	44	16	op.		10	40	op.	
Sol	172	48			13	55		
Venus	159	53			14	54		
Mercurius	172	9			14	5		
Luna	43	40	An.		16	45		

dificultates & morbos ac tristitia significabant. Quia tamen Saturno in horoscopo posito Luna fit Apheta in nona & Sol cadit in angulo, superuixit annis 34. Vixit autem 68. Quod vitæ spatium in Gallia prolixum est.

De fratribus & sororibus.

Iupiter aspiciens Lunam unum decernit fratrem. Sorores quoque tres quia occidentalis oppositione. Et Luna etiam & vterque in signo bicorporeo. Plerique ob maleficas ante illum morientur.

De sexu, numero perfectione & nutritione.

Luna male affecta in primis quatuor annis detrimenta significavit. Sol liber & maleficæ cadentes nutritionem securam. Reliqua vt alias dixi potius ex generatione pendent. Ascendens Luna & dominus ascendentis in bicorporeis, Geminos nasci, aut enim qui natus sit duorum vicem corporis magnitudine indicabant.


De vita & morte.

Non est exquisite tempus notum: Ideo neque tuto de annis pronunciare licet. Ascendens est Apheta. Mors violenti aliquid habebit cum interiore & prohibita transpiratione, & forsan cum sanguinis effusione. Ideo caneat diligenter.

Liber XII. geniturarum. 511

De corporis forma.

Iupiter dominus ascendentis in Gemini signo duplice & calido, humido, substantia & qualitate. Et Luna loci dominus in signo vernali & Iupiter, Luna & dominus loci eius omnes in apogeis proceritatem maximam cum pinguedine & crassitate, immoderata non solum sed etiam morbosa declarant. Sunt autem tria signa, quae sunt similia substantia & qualitate Gemini, Leo & Pisces, totidem dissidentia Taurus, Cancer & Libra. Velut Libra est frigidum & secum substantia, et calidum ac humidum qualitate. Latitudo peccoris a Geminorum forma oritur. Sed ut artis ipsius veritas ostendatur Friderici Duci Saxoniam schema natalium subiungo, qui adeo



obesus et crassus est, ut vix ab ullo equo ferri queat. Et ipsi idem locus Sagittarij ascendet. Et Iupiter iuxta utrumque apogenum in Gemini ex opposito respicit horoscopum. Similiter & Saturnus & Venus in supremâ epicli parte. Captus fuit hic Dux à Cæsare nostro Carolo V. quoniam Luna infelix fuit in quadrato Saturni infelicis eadentis & sub Sole & in septimo loco.

De morbis & vitijs corporis.

Mars in sexto loco & Iupiter ibi infelix dominus ascendentis & in Saturni opposito, & quadrate Lunæ, fluxiones à capite calidas, stiridas, dolorum reman colicos, spirandi difficultatem, inexplicabiles decernunt.

De animi qualitatibus, vitiis & morbis.

Luna in domo, altitudine & finibus Mer-

curij facit delectari mathematicis, liberalibusque studijs. Mercurius sub Sole in sexili Ionis facit magnanimum, liberalium, generosum, magnificentum, splendidum. Luna quoque facit ingeniosum & prudentem. Asperitus maleficarum infligit, vt dixi, mala corpori, faciuntque iracundum, subdolum, trucem, atque ad omnia paratum, non tam sponte hac facientem, vitia nulla dignoscuntur.

De diuitijs.

Res diuitiarum erit fluctuans, dives tamen erit. Multis autem causis res peribit. Ut sint itinera, dona, coniuvia, seruorum furtæ, naufragium, mors equorum, venatio, ornatus.

De honoribus, magistratu, gratia Regum.

Ob Solis & Lunæ situm habebit plurimos magistratus recurrentes aut secundi ordinis, non ita ad primos paratus. Attamen gratiolus maximè suo Regi ac sponte erit. Vir que locus Solis idem: Ascendens in trigono ascendi, Sortis in Sortis trigono. Circa fñem vita maximam potentiam adipiscetur: Et tunc non minus anxius fluctuabit

De uxore & filijs

In utroque horum erit infelix ob Lunam pessimè affectam. Nam vxorem habuit brevis vita.

De opificio.

Erit cupidus seeretarum rerum, delectabitur pulchris rebus, gemmis vestibus, picturis, imaginibus: Et liberalibus disciplinis, nec tamen quicquam horum ob nobilitatem exercebit.

De itineribus

Nulla in re aut felicior, aut aptior quam in itineribus, legationibus & expeditionibus, in quibus & pericula & calamitas patietur ob ininidiam. Ad maximas tamen administrationes perueniet. Complectitur autem hæc genesis contraria quædam simul, velut bonam temperiem & vitam morbosam. Orbitatem cum sit vxoratus, obesum habitum & ingenium acre: benefacere & columniam pati.

GENITURA IV.

Illustrissimi Ioannis Cheki à Secretis Anglorum Regis.

Differentiæ	Rectæ	Hor.	Tem.	Stellæ insignes.
Saturnus	52 56 P.	20 37		
Jupiter	112 39 A.	20 30	cum Lampadia ♂.	
Mars	41 54 A.op. 19	27	cum stellula ♂.	
Sol	79 31 A.	21 23		
Venus	73 20 A.	21 17		
Mercurius	88 11 A.op. 21	5	fertur cum Procione nat. ♀. Cap. Medusa naturæ ♂ & ♀.	
Luna	23 9 P. op. 16	37		
Med.C.	173 35	cum stel. ♂ & ♂.	Item ♀. P. ♂.	
Ascendens	61 6 P.	10 10	cum tribus stel. ♂. P. ♂.	
Occidens	occidit cum Lampadia ♂.		Et Hum. Orionis ♂ & ♀.	
Sors	110 A.	17 0	cum dorso Leonis fertur naturæ ♂ & ♀.	

Contingerunt ei hæc insignia alio die 1540. die septima. Septem laboravit acuta febre. Anno 1552. die quinta Maij Peripneumonia. Anno 1544. die decima Iunij, in Regium præceptorem electus est. Anno 1549. die vndecima Ianuarij à præficio honore fermè decidit. Anno 1547. die vndecima Maij Proxem duxit.

Vt circa hæc aliquid dicam, in fine 30. anni ergo electus est in regium præceptorem: Trigonus Mercurij cadit in Par. 25. min. 47. Librae: cuius recta ascensio est Par. 293. min. 54. ab hac detrahe Par. 29. min. 35. pro annis 30. fermè completis, relinquantur Par. 174. mi. 19. ascensionis rectæ: quibus respondent in signifero Par. 23. min. 48. m. & hoc est Cœli medium, verum nisi error sit in loco Mercurij, qui ex obserbationibus contingere solet: Aut processus distulerit aut præoccupauerit. Erat autem Mercurius Orientalis matutinus, quia retrocedebat licet non appareret, & in domo ac trigono suo & Lunæ, amico radio commixtus, & in locum sui triongi. Et quia processus eius anni fuit in


ascendente. Et hic adest mixtio Solis ob Regis consuetudinem.

Pericula quibus modis decernantur.

Dixit quod anno 1549. die vndecima Ianuarij fermè excidit ab officio. Distabat enim Sol à cœli medio horis temporalibus quatuor fermè, idèo 36. anno pertenit ad Martis oppositum. Et tunc processus Solis fuit ad quartam partem Tauri in quadrato Martis & opposito Saturni. De his periculis, ratio manifesta est, & de periculo mortis in thorbo, quia præter periculum adest pars infortunij, idèo significantur ab eisdem causis debilioribus, seu cum auxilio beneficiorum. Sed de puris periculis puta casu lapidis propè magna est dubitatio: Si enī causa carent, nihil erunt, videntur autem aliquid esse, & quasi intendi ab astris, sed non perficit ut effectus. Si habent causas illi nullus respondebit effectus. Sed effectus proculdubio sunt à causis perfectis non impeditis: imperfecti effectus sunt à causis imperfectis aut impeditis. Vbi non adest periculum, nec effectus, nulla ibi causa est, igitur pericula absque effectu cum sint imagines effectuum sunt à similibus causis quæ non sunt causæ. Hæc autem bifariam, aut cum directiones, vel processus sunt in contrariis latitudinibus, vel cum loco Apheta dirigitur dominus loci Apheta: Ipse enim significat timores & animi effectus in periculis, vero adfunt timores. Propriè igitur sunt pericula abique effectibus cum Anætae habent contrariam latitudinem Aphetae. Idem dico de bonorum expectatione.

Morbi autem qui successerunt fuerunt ex directionibus ascendentis, quod solum est Apheta ad trigonum Lunæ inimica ascendi, & ex signis brenim ascensionum & oppositum Mercurij ad vnguem. Vineret iuxta sexagesimum primum annum donec ascendentis impingat in radios sextiles sinistros Saturni, qui dextris sunt validiores. Et hoc si per processus & ingressus licuerit, vitaretque publicas calamitates. Ascendens solum cum Apheta sit, debile est, inque maleficarum potestate.

Cæterum vt in vita mala est hæc genesis,



Aquarium alium Mercurij trigonum. Et similiter mensis, & initium signi etiam fuit impeditum à Saturni quadrato, idèo dilata est hæc prouincia ad finem anni. Et ea die Sol superauerat locum Mercurij, & Mercurius locum Solis. Et Luna locum Cœli medij, & ibat ad Mercurij trigonum. Et Iupiter fuit in loco Saturni radicis & Saturnus in

ita contraria ratione in honoribus adipiscendis ac duitiis, atque amicis comparandis felix. Insignis etiam eruditione, ingenio, prudentia. Qualitates aniuī Mercurius cum Luna sexili copulatus & loci proprij dominus, præbet amicos, duitias & honores, Iupiter in primo statu cum Lampadie ante Solem, & Sol cum Venere & Mercurio. Dabit & Luna, & Iupiter filios pauciores etiam filias. Erunt autem incliti, sed debiles tamen.

Forma corporis est gracili, flana, masculosa, rariore cute, capillis mediocribus, oculis decentibus, cæsisque. Statura procera, hirsutus, rubescens satis ob Solem, pulcher, incommensuratus tamen, & anterioribus debilior, siccus temperamenti, sed in aetius qualitatibus temperati. Calvus, cito ob id, canescetque celerius. Morietur ex morbo longo ab humore frigido cum dolore partium inferiorum, cerebro, etiam cauam defluxus præbente. Opificium quasi magistratus & Regis instruclio à Iove decernuntur, qui in Mercurij est dignitatibus, domo, finibus, triangulo. Cum vero in occasu adsit Lampadias secundum latitudinem simul etiam occidat humerus Orionis sinister, erit ultima æras cum magistratu quidem & potestate, sed onerosa & laboribus, periculis atque anxietatibus gravis. Cum Sorte Leonis dorsum, hereditates causa mulierum significat. Cum Mercurio caput Medusa (de circulo positionis nunc loquor, ut etiam de Sorte) significat sacerdotium & in legis administracione potestatem. Est enim de natura Saturni & Iouis. Cum eodem Procion quod naturæ sit Mercurij facit hominem studiosum disciplinarum & negotiis tractandis habilem. Erit autem talis ut maximè loco & tempori accommodare se norit. Et ultimum splendoris ac gloriae humanæ consequentur, opinionemque sapientiae quasi diuinæ nisi à communibus constitutionibus impediatur. Quas etiam modo euaserit maximus fiet. Coningem tantum vnam habebit quod Luna vni tantum Planetae copuletur. Eritque pro regione prudens & ingeniosa, quia Mercurius est qui copulatur, & bene constitutus. Itinera plura, sed brevia & commoda peraget. Erit in universum officiosus, gravis, liberalis, sapiens, humanus, Anglicaenæ gloria gentis. Apud quem diversatus cum fastum omnem cum gloriam consultè comprescerim, ut agnoscerem non agnosceret, quod veræ felicitatis est, contemni aut negligi minimè potuit. In universum cum violenti quippiam habeat Iupiter sic constitutus. Extremum malum in communi periculo patietur. Nec patietur maximum periculum abique multorum malo.


GENITURA V.

*Illustriſſ. Praefidis Senatus Lutetiani
Ranconeti.*

NON nisi illustres geneses hic collocandas pollicitus sum. In his duabus virtus

Tom. IV.

peperit dignitatem. Nam hic Præses grauitatem habet cum humanitate mira iunctam: Eruditonem cum viu rerum. Officiosus, eruditorum amans, ut alius quisque. Et cum mediocre familiari tantum, tamen librorum habet selectorum, ut Epaphroditum à libellis imitari videatur. Debueram per Galliam transire, sed ut video fata plurius non



solum Regis Anglii ac meum obstabant. Auidè me expectabat hic mihi admodum adductus. Adeo se humaniter gessit erga me, ut illius miserabilem memoriam deferrere non sustineam. Nolebat genesis suam huic libro inseri seu ab aliis monitus, seu quod non videret præsenti tum fortunæ respondentem. Cereum erat illi meruendum magna infortunium ob Martis cum Iove radios oppositos, & Saturni perégrinum in culmine coeli & luminaria in casu suo, & sub terra monuisse huiusmodi viris caue agendum: non quod tantum metuerem illi infortunium, neque enim tum adeò præficeram, sed quod intelligerem finem futurum violentum. Peritissimus fuit Graecæ lingua, tum Latina: extant ad me litteræ. Multos suscepit filios: multique ex illis in pueritia obire, accusatus demum quod propriam filiam granitam reddidisset, tum aliis ex causis, atque in vincula ductus, obiit variò rumore: quidam dixerunt sibi desperatione ignominiae, & exitus consciße mortem, alij ob dignitatem qua functus fuerat in carcere strangulatum: alij publicè, sed noctu & habitu mutato traditum ignibus. Id verisimile est contigisse cum Luna peruenit ad Martem in opposito Iouis constitutum. Et tum ascendens prope quadratum utriusque in Scorpione ascidente septima parte Librae cum multo tempestivior fuerit genesis, sed eo traducta adulatio, ut Spica Virginis esset in horoscopi parte. Obiit ut reor 48. anno, aut 49. ut ex hoc de ascidente quisque certior fieri possit. Vir ob singulares alias animi doctes hoc fine indignus.

Vxorem & filios illustres hæc genesis pollicetur propter situum Iouis, Mars tamen aliquot occidit: Erunt autem feroce. Iuxta etiam decimum sextum annum ob Saturni quadratum, iacturam corporis passum oportet.


Ob Saturni statum & Iouis cum Marte oppositionem, omnia illi cum difficultate evenient.

sar? nonne patriam prodidit? Quid Sylla cum suis proscriptionibus, vt Dictator enaderet? Quid Marius? Quid Franciscus Sforzia primus? Nonne eos prodidit à quibus

GENITURA VI.

Ioan. Iacobus Medices Principis.

Socratum est & viri probi officium, Setiam si malè ob aliquid audieris, nec virtutis studia deferere, nec à magnorum virorum laudibus abstinere. Nemo in patria sua meipso deterius acceptus est. Solum defuit iudicium publicum, quod dissimulatione vitauit. Non enim Christo miracula, non Socrati integritas, non beneficia in rem publicam Scipioni, ad mortem vitandam contra inuidiam profuerunt. Postquam desierunt vitiorum objecta, ipsa virtus mihi virtus veretur. Conspirations & vulgata opinio apud improbum vulgus potentior ipsis operibus. Itaque cum tot è patriis nostris laudaris, ne vnu gratias egerit: Externorum ne vnu sola gratiarum actione contentus fuerit, poteram ab huius etiam mentione abstinere. Sed vicit magnitudo virtutis eius, & recti apud me obseruantia fortunæ meæ apud proprios ciues improbitatem. Stet igitur factorum memorabilium memoria, quæ licet à scelere ortum habuerit, cum tam egregia virtute tamen continuata fuit, vt seclus hoc in virtutis speciem transierit. Stipabat Hieronymi Moroni latus, ab eo addictus est ad necem illustris viri Hestoris vicecomitis, peracto facinore amandatur in arcem Musi, ea mente, vt regendi facinoris causa, & ipse cum aliis complicibus interficeretur. Cumque nesciret litteras, aperit tamen epistolam, à socio legi iubet, intellegit se asseruandum & quorsum, sublatu signillo alias fieri curat, quibus imperatur, vt praefectus arce commissa ei, statim se Mediolanum conferat. Inde inductis sociis, ita strenue eam tutatus est modo aduersus Noricos, modo Mediolani Ducem, modo Cæsaris Praefectos, vi sumini Ducis, strenuissimi militis, maximus Imperatoris nomen & opinionem meruerit. Inde multis præliis victor Cæsari reconciliatus, Prorex in Boemia



in exercitus ducem electus fuerat? Nemo ad primos gradus dignitatis ascendere, nisi duce scelere potuit. Ianitor hic est primus, quem si virtus & fortuna sequantur ad Principatus via patet: Si alterutra deferat, ad penas poscuntur. Sed hic minimo scelerre virtute summa rem egit. Etiam pietatis officia non neglexit. Ut quæ patravit mala necessitate potius, quam voluntate fecisse videatur. Mars igitur in ascendentे velox & coascendens dextro humero Auriæ naturæ Martis, & Mercurij, & in sextili Solis, & Mercurij quadrato Veneris, trigono Iouis, Iupiter quoque dominus loci Lunæ, & Mercurij, faciunt promptum, fortem, sagacem, magnanimum. Cumque omnes Planetæ sint aucti motu, significant expeditum in negotiis non habitantem. Cum vero supra terram etiam omnes, illustrem & omnibus cognitum. Ex his duobus maxima felicitas designatur. Luna cum corde Scorpij & in opposito absidis facit violentum, terribilem, crudelē, rapacem, incredibilia audentem, dolosum, ambitiosum, suis viribus confidentem. Et quia est in quadrato Mercurij erit prudentissimus. Cumque in ultima quadra in occidente in Solis quadrato in sextili Veneris, & Venus in cœli medio coniugium serotinum cum muliere prædinit & ex Principum prosapia, cum qua tamen parum conueniet.

Cumque Venus in cœli medio sit in dignitatibus Saturni, & in Martis quadrato. Multa & magna circa actus Venereo significantur cum laſione genitalium ex ferro. Atque hoc, vt audio, illi contigit, & reliqua etiam in suspitione fuerunt.

Aphetam vix pronuntiare' audeam, Sol in finibus duodecimæ in foeminino, Luna octauæ in masculino signo, dicemus ascendentis esse cum auxilio reliquorum aut Sortem etiam. Divitiatum autem ratio constat cum Venus & Luna potentes sint, Iupiterque in imo circulo cum lucida Australis coronæ. Saturnus cadens in duodecimo loco, & Mars cadens dominam ascendentis quadrato respiciens carceres & vulnera

Motus	Stellæ inerrantes
Sol	Velox
Luna	Velox
Saturn.	Velox
Iupiter	Velox
Mars	Velox
Venus	Velox
Mercur.	Velociss.
	coascendit lucide coronæ Aust.
	descendit Dex. Hum. Aurigæ.
	cum tribus stellis Par. Mar. Mer.
	coascendit Alæ Pegasi.

creatus est. Demum aliis expeditionibus interfuit, non sine maxima autoritate, & rerum gestarum gloria.

Obiiciet forsan quispiam scelus primum, sed quis è priuato in principatum absque scelere euectus est? Quid egit C. Julius Cæ-

vulnera significarunt, quæ omnia passus est & evasit. Carcer fuit cum ascendens ad radios saturni sextiles peruenit: Ex quo Genitura verificari potest.

Honores, potentiam, magistratus, & principatum semper retinebit, ob astorum non solum consensum, sed virtutem. Dignitates enim sudore & præstantia acquisita, non nisi cum morte relinquitur.

Pro quo sciendum est quod triplex est exaltatio, à virtute, & præstantia, & hæc fit ab aspectibus erraticarum, à fortuna & casu, & hæc fit à situ Planetarum in angelis & in comparatione ad Solem, à prudenter & consensu, & hæc fit à Planetarum dominio in locis in quibus sunt. Inveniuntur hæc omnia à fixis & aliis dispositionibus: Sed hæc tria sunt principalia, nec plura sunt, aut excoquitari queunt.

Est etiam illud consideratione dignum, quod omnes Planetæ sunt in initii signorum prius Saturnum, & ob id etiam plerique in finibus beneficarum. Quo factum est, ut pericula & insidias evaserit, & alacrior ad iugatoria semper fuerit.

Mors erit cum Luna ad Saturni quadratum peruerterit iuxta 61. anulum, ex longo morbo, obiit autem 19. ni fallor acutò morbo, sed diu tamen ante conficitatus. Periculum vita & homicidiū, & perturbatio fuit cum Luna conuersa directione simul ad Occidentis lineam & Martis oppositum peruerit:

Scientiamenſi & dici in uno quaque negotio.

Annum ex directione & processu, ingrediisque ut dixi habebis. Mensem autem & diem cum Sol super locum Planetæ interficiens transiuit in mense congruenti: Aut Luna super locum directionis: Atū significatores per circulos completos ad sua loca aut semicirculos ad opposita redierint. Vel cum significatores ad promissorum, aut protomissorum ad significatorum loca redierint. Vel cum duas causæ concurrentes in unum fuerint. Ut iter, honor, lucrum: Ex itinere honor, ex honore lucrum. Vidisti exemplum in quarta genesi cum adeptus est provinciam docendi Regem, quod Sol super locum promissorum transit: Et in octaua videbis in diurno itinere.


Quod si redditus Solis ad loca conuenientia non solum in propriis genituris, sed locis communibus nihil faceret ad effectum perfectionem, non iisdem anni temporibus plerique recurrentibus annis in morbos incidenter: Nec plures morerentur mensa Augusto quam Maio.

G E N I T U R A VII.

Cardinalis Sforzatus.

Inter duas amicissimorum geneses nostram collocare libuit, à quarum altera
Tom. V.

initium status nostri cœpit, ab altera suscepimus incrementum. Sed non ob amicitiam tantum, verum ob insignes casus potius illam interposuimus. Hic primum priuatæ conditionis vir, Patauij anno trigesimo Ius ciuale cœpit proficeri non mediocri cum laude. Post paucis admodum annis à Francisco Sforzio Mediolani Principe in Senatum asciscitur. Nubit, procreatque masculos filios duos octimestres, qui quamvis ægrè superuixere, fœminas quatuor, atque hi omnes adhuc supersunt.



Mortuo Principe, cum rem possideret Cæsar, inter eos qui consilij sunt secretioris eligitur. 46. anno vxore mortua, preficitur Seminarum custodia, ibi manit 18. mensibus maxima cum laude: quod apparuit succedentibus magistratibus, cum nemo sine nota rem administrauerint, alij etiam cum vituperatione. Anno 49. Romam pergit, fitque Episcopus, inde statim Archiepiscopus, inde Cardinalis. Sub fine anni 1549. moritur Pontifex Paulus tertius, certatur de eligendo Pontifice, parum absuit quin in locum demortui crearetur. Fuitque hoc anno 56. aetatibus sub initio. In fine eiusdem aestate, scilicet succedente seu longo morbo, seu tædio, seu, ut quidam volunt, veneno tabifico, extinctus est. Nonne hæc historia admirabilis est & rara?

Fuit procula statira, & liberali forma, obesus & rubicundus, comis, elegans, laetus, sapiens admodum & eruditus. In negotiis præteata cautus, prudens, promptus, & efficax. Ludo & cum grandi pecunia delectabatur. Iracundus & aliquantulum præceps. Facto credebat & Sortibus Vergiliannis, quas sepius veras se expertum testabatur. Maiores sui non diuturnæ vita fuerunt, sed circa eandem aetatem obiære. Ob quæ minus cautus & diligens circa vitam fuit. Nunc singula disquiramus. Sol igitur cum luminoso luce meridionalis & in trigono saturni & coniunctio illa Veneris, Iouis & Capitis, significabat quandoque futurum maximum in religione & sacerdotio, multiplicesq; dignitates. Cum igitur Sol peruenit ad secundam partem Capricorni, ubi erant radij quadrati

xxii Iouis,

516 Liber XI. geniturarum.

Iouis , & Veneris , & Lunæ triongi , & Saturni sextiles , factus est Cardinalis anno ætatis 52. Et quia erant multi Planetae propinquæ situ secundum numerum graduum ided habuit omnia magno cum successu: Eodem fermè tempore coeli medium peruenit ad Solis sexitem , & Iupiter dominus cœli medijs ad Solis corpus , ideo tam multiplex felicitatem significavit. Ex hoc patet quod multiplex felicitas significat subsequentem inanitatem & calamitatem. Quia multiplex felicitas breui temporis spatio indicat occursum locorum principalium beneficis radijs & corporibus , quibus exhaustis succedit inanitas : Inde cum sint in similibus habitudinibus significatores ad promissores , verendum est , vt simul occurrerunt amicis radiis , occurrant & simul hostilibus. Et si quis dicat quomodo erunt hi qui perpetuas & multiplices habent felicitates ? Respondeo quod hi habent validam radicem : Et in his sufficient processus & ingressus absque directionibus. Sed in hanc cum nihil maximi usque ad 46. annum ei aduenisset , tam frequens dignitatum successio necessariò siebat ex concurso directionum , quare suspitione ea felicitas carere non debuit.

In initio eiusdem 49. anni , vt Sol Ioui directione commiscebatur , ita Iupiter ad locum Solis per ingressum deuenit.

Spica Virginis in ascendentem præstat leporum magnum in dicendo & scientiam corum , quæ ad nostræ religionis sacra , arcanaque pertinent.

Luna fuit cum stella exigua iuxta Leonis dorsum naturæ Veneris & Mercurij , gratiamque præstat & sapientiam in administrandis negotiis.

Cum Ioue autem & Venere stella eiusdem naturæ cum supra scripta tertia magnitudinis valde potens , vide si supernixisset , donec ad trinum Iouis peruenisset Sol , Pontifex creatus fuisset. Alias quoque dignitates esset consecutus.


Concordia nostræ genitûræ cum sua fuit , quia Mercurius fuit in Endæmone meo , vbi Venus , Mercurius & triongi radij , Saturni & ascendens sunum iuxta locum Solis.

Corporis proceritas & obesitas fuit propter Venerem cum Ione iunctam , & Venus erat ascendentis domina , & Iupiter in abside , & utrumque in signo calido & humido.

Declaratio annorum , mensium , dierum , horarum , per exemplum.

Cum hoc opus perfecisset , contigit II. mensis Augusti , vt fabrum lignarium qui præ tristitia ægrotaret curarém. Cumque causas tristitiae percunctarer inueni nudius tertius filium bimum unicum cecidisse ex tabulato , confessimque distractum & mortuum. Existimauit oportere aliquid in genesi clarissim esse , quod hic nulla generalis calamitas causa esse posset. Habiens tempore diligenter & effecta figura , de causa & anno

statim constitit , Luna discedens ab opposto Martis , Saturno retrogrado applicabat domino octauo loci & in octaua. Et Sol Apheta cum Mercurio in Capite suo



sub ecliptica matutino occidentali & domino octauo loci. Beneficæ ab utroque luminari omnino remoræ , & maleficæ cum Luna in signis fixis. Et ideo significabant mortem per casum & ruinam , & ita utrumque fuit. Dissoluta enim tabula & auulsa simul collapsus est. Habes causam.

Annum erat tertius aut quartus ex directione , sed seu Saturnus esset paulo magis retro , seu Luna ante , omnino in tertio anno in initio fuit processus loci Solis Aphetae ad locum Martis & oppositum Saturni & Lunæ. Ex quo Sol à Saturno & Luna affligebatur. Et tunc Luna fuit infelix in Scorpionis initio & Mars in 29. Leonis , & Iupiter in 27. eiusdem Lunæ locum oppugnantes in radice. Habes igitur annum.

Mensis & dies habentur simul cum Sol , Luna & Mercurius , Sol in 26. Luna 27. Mercurius in 25. Leonis parte fuerunt. Die 9. Augusti anni tertij , scilicet 1553. Quod si Sole ibi transente non adfuerint Mercurius & Luna , oportuisset expectare congressum Lunæ & axillium maleficarum. Sed hic casus claram habet causam. Habes mensem & diem. Hora fuit quinta exacta à meridie , initium mensis fuit die 19. hor. 12. Iulij completis : residuum igitur ad diem & horam , casus dies 20. hor. 17. Ascendens dierum die 8. August. hor. 1. mi. 8. ante meridiem , locus ♂ & * , ☽ , ♀ vñcti , & ingressus ad oppositum Saturni & Lunæ radicis peruenierat. Ascendens autem processus hora locus ipsomet Lunæ & Saturni tot modis infelix. Oportet enim pro hora considerare maximè ascendens , quia solum ascendens etiam in singulas horas mutatur. Hora igitur casus Sol , Luna , & Mercurius in illius opposito erant. Habes , igitur horam. Ex hisque omnibus evidens veritatis artis argumentum , secretumque maximum. Quod si libeat habere etiam momentum , habebis & illud eadem ratione. Solis enim locus in oppositum Lunæ id est , Leonis partem 20. per processu commutatus fuit.

*Hieronymi Cardani Medici & expositoris
huius operis.*

Pollictus fueram solum illustres hic positum genituras, quod etiam hucusque præstiti. Verum quod nostram adiiciamus meritò nos quisquam levitatis accusabit: Cùm non fortuna tantum à qua nos longè absimus illustres, sed etiam casuum varietate qua nulli nostra secunda est, describere propositum fueris. Nec si talis non esset adhuc omittenda foret, quoniam ad amissim adeo perspecta est, vt simile exemplum non facile inuenire queas. Comprobata etiam est editione præcedente cum iam decennio exacto multa publicè prædicta successerint, eorum quæ non essent præuisa nihil. Adeò verò quæ tota vita euenerunt huic figuræ exactè congruunt, vt historiam potius quam predictionem & ex stellis decretum subiecisse videar. Itaque vt ab omnibus præcedentibus fortuna superatur, eò omnibus illis casuum varietate admirabilior est. Primum quidem ex patre sene & qui nullos alios liberos dicitur ante nos procreasse. Deinde per vim ex utero cum iam triduo in partu laboraret mater, vt illa seruaret pro mortuo extractus sum. Reuixi lauacro vini. Capillus antequam natus, inditum æruminarum mecum tuli. Ater enim capillus prælongus ac crassior nascendi mihi fuit, vt mater ipsa narrabat. Prima infanthia pestem sensi maximum malorum inde aquam intercutem: deinde octauo anno dylenteria ad mortem deductus, præter spem seruatus sum. Ab eo tempore cum nunquam vel unam diem valetudine firmus, & sine dolore duixerim, nihilominus per 44 annos sequentes vix toto triduo, & semel tantum in lecto morbo oppressus decubuit. Torque labores ac difficultates passus, anno exacto iam penè quinquageymo secundo robustior quam in pueritia, vel iuventa unquam fuerim. Figidus usque ad 30, annum ex toto, abinde falax effectus præter omnem spem multos procreauit filios. Nulli enim aduersa minus nocuerunt, aut secunda profuere. Nec cuiquam mortalium, vt existimo tot insperato aut bona, aut mala aduenire. Ad ut nihil optatum præter medicinæ lauream & cooptatinem in collegium Medicorum, arque eam nonnisi cum omnino desperata esset consecutus sum. Aspernanti verò reliqui honores ultro dela, i: Primus profitenti locus in academia, Pimus locus apud Reges vocant Archiatron, familiaritas & amicitia Principum plurium, honores à ciuitibus publici, memoria nostri multis eruditorum virorum momentis celebrata: Quæ omnia multò minus quæsita, quam recepta. Solum profitendi munus suscipere potius coactus sum, quam sponte fulceperim. At contra quorundam quæ diligenter quæsumsem, atque his longè minorum repulsa passus sum. O quoties visus in profundo miseria-

TOM. V.

rum , me communis , solabar , cum subito
vnde non sperabam auxilium effulgit . Quo-
ties ab amicis desertus ac prodius , ab in-
cognitis adiutus sum ? Quoties magna ma-
la ingens bonum pepereré mihi : Ut con-
traria ratione ex magnis bonis ingentes
mihi ortæ sunt calamitates . Cum in iu-
uentute insanum me prædicarent , occa-
sionem scribendi & gloriae , quantulacun-
que est , præbuerunt . Et nunc quot me col-
lunt , qui non solum contemnebant , sed
egregiè oderant . Toties per calumniam ac-
culatus , nunquam tamen exilio aut carce-
ris poena intentata est , cum tamen penè cru-
cifigendum conciues mei , quibus nihil ve-
ritate ipsa grauius est ac voce libera , cla-
marent . Simili felicitate vsus cum inter tor-
inimicos & inuidos , nemo vñquam ledere
me potuerit . Et vbi naturalis prudētia
defuit , evidenter personum monitus non
semel maxima pericula evasit . Nec qui in-
tentarunt iulti vñquam evasere . Toties
etiam edocitus quæ conscribere debueram
singulare curæ cuiusdam potentioris fuisse
persuaderet possem , Dinitiarum & gloriae
contemptor fui : Et quæ alij fugient , adeò
non horrii , vt quod vix credi potest , credi
tamen debet , quoniam nunquam me men-
titum esse memini , inter acerbissimos po-
dagræ dolores quod solum mihi restat mal-
lam , voluptatem ex dolore capiam . Quod
quomodo contingat nescio , nisi quod per-
sepe dissecta carne cum vngue policis fini-
tri finire solitus eram eam corporis mole-
stiam , quæ me quotidie affligebat , volu-
ptate & ibi ex ardore percepia . In ecstasi
quotiens volo transeo , nec mutato vultu ,
nec moto corpore , sed quodam interiore
nescio , quo ad imperium voluntatis commo-
to aut transmutato . Cumque in intentio-



ne multarum rerum felix fuerim, plura scripsi quam legi, docui quam didici. Ituatus a nomine non obscurè: cui etiam omnia tribuo. Denique fuit tam atrox malum ætati nostræ, turpe patriæ graue, publica, mors optimi ac generosi filii, in qua manus est, etiam tulisse me, & tanta post conscripsisse, mutasse regionem & celebriorem factum eo infortunio, quò reliqui omnes breui conciderunt. Hinc tot edita plura scripta, multò plura

inuenta. Hæc omnia si colligas, digniorem ad exemplum facere genituram possunt, quam Cresci diuitiaz. Non enim felicitatis imaginem querimus, sed earum rerum quæ maximæ vnicuique contigere, seu bonæ, seu mala. In quorum genere multa sunt hic inde in nostra genitura. Sunt & alia permulta admiratione digna, quæ in explicatione genesis scribentur.

Stelle inerrantes in locis principalibus.

Iupiter ob latitudinem ascendit cum ho-

roscopo fermè, & lucida fusionis. Aquarij magnitudinis primæ naturæ Veneris & Mercurij.

Cum corde cœli est Vultur volans secundæ magnitudinis naturæ Ionis & Martis.

In occidente lumenosior lancis Meridionalis secundæ magnitudinis naturæ Mercurij Martis.

In imo cœli fermè Canis minor seu Procyon magnitudinis primæ naturæ Mercurij.

Sol cum ultima alæ sinistræ Virginis magnitudinis quartæ naturæ Mercurij & parum Veneris.

In hac figura sequutus sum divisionem domorum antiquam, propter causas superius adductas.

Morus	Latitudines	Differentiæ	Rectæ	Hor.	Tem.
☿ Retrog.	M D 1 40	☿	150 57	19 5	
♀ Retrog.	M D 2 0	♀	101 26	17 5	
♂ Tardus	M A 0 36	♂	140 0	18 53	
* Velox		*	80 0 op.	15 40	
♀ Velox	S D 0 52	♀	91 37 op.	16 30	
♂ Retrog.	M A 2 36	♂	91 33 op.	16 30	
♀ Velox	M A 4 20	♀	53 23	15 5	
Coniunctionis luminarium nativitatem præcedentis locus			Cœl. M. 289	45	0 0
			Ascen.	104 5	17 15
			Sors	77 4 op.	15 30
	284°. m.				

Luna ferme cum Capite Medusæ magnitudinis secundæ naturæ Saturni & Iouis in circulo positionis.

Mercurius in imo circulo positionis cum stellula de natura sua & Veneris.

Saturnus cum dextro humero Orionis magnitudinis primæ, & cum dextro humero Autigæ magnitudinis secundæ, ambabus naturæ Martis & Mercurij. Et cum stellula de natura Martis.

Fuit eriam conceptionis tempus cognitum iuxta dictum matris, & fuit anno 1500. die 28. Decembris, horis 11. mi. 30. à meridie & tunc cœlum sic se habuit.

Cœli medium	10	25
Ascendens	8	21
☿	0	26
♀	24	1
♂	14	0
*	17	27
♀	0	18
♂	26	0
♀	3	42
Sors	24	23

Dies fuere 270. ad vnguem, de hora non admodum certus sum, locus Lunæ hic fuit locus Iouis, & ascendentis cum nasceret, & Venus in Saturni asperatu erat. Et Mars in opposito loci sui in nativitate. Et soror horologopus fuit locus Solis hora nativitatis, & pars fortunæ rursus sub Solis radiis.

De parentibus.

Superius explicandi patris genesis è nostra extractam, non est, vt preter morem quicquam repetam. Obiit longo senio 28. Augusti 1524. prout ex directione Lunæ ibi

liquevit, ad Solis oppositum. Annum ex processibus, & mensem ac dies venaberis. Cæterum cum Saturnus esset in trigono Veneris, significavit longam vitam pro ætate in qua iam erat constitutus. Et similiter quia fuit in suis dignitatibus, & quia Mercurius erat in Saturni trigono, & ipse Saturnus in Mercurij dignitatibus, significauit ingeniosum. Et Mars in trino Solis dignitatem cum parua vilitate, nam Mars erat peregrinus & quasi stans, & Sol ab altitudine cadens. Cum verò Luna illi esset in coeli medio sub radiis Martis quadratis, significavit labores multos irritos, quibus conficitatus est, & vitam debillem. Cumque Sors esset infelix, significavit pauperiem & labores. Et per hæc omnia transiuit. Verum quia propriam illius genitram habeo, idè illam maioris claritatis gratia subiiciam.

Stelle inerrantes in præcise locis.

Ascendens cum Apolline magnitudinis secundæ naturæ Mercurij, & cingulus Orionis coascendit naturæ Saturni & Iouis.

Sol cum Afino magnitudinis quartæ naturæ Solis & Martis.

Saturnus cum pede boreali Cancri magnitudinis quinta naturæ Saturni & Mercurij.


Iupiter cum stella extra formam Cancri magnitudinis quartæ naturæ Saturni & Mercurij.

Mars cum stella magnitudinis quartæ naturæ Mercurij & parum Veneris.

Venus cum eadem, cum qua etiam Saturnus.

Insignis pietas me admonet, vt eius hand obliuiscar. Præsertim quod hæc genitura multa

multa præclara habet , & eius cognitio ad nostræ intelligentiam non parum faciat.



Quia Sol fuit vitæ significator & cum Iove , & Venere , & in Leone , idè habuit robustam & incolunem vitam. Vixit donec Martis quadrato Sol occurrit in Libra , vbi vterque cadit in finibus Saturni : annis 79. expletis mortuus est 28. Augusti 1524. Ideò decrepitus , facilè à Martis quadrato superatus morte lenta. Saturnus enim finis ad quem ascendens peruenit dominus erat , & Saturnus sub radiis Solis erat. Patri quoque eius diuturni vita significabatur ob Solem , superuixit annis 27. vixit autem 86. Matri non ita , quia Luna & Venus erant infelices. Ex quo pater quod propria vnum significat & vitam robustam , nostra aliud & debilem : & tamen concordant , quia genitus ego fui illo. 56. annum agente & paulò post amisi dentes.

Et quia Sol fuit cum Asino & Luna infelix in sexto loco in via Lactea , habuit oculos albos ut felis , & paruos lucentes in nocte , non procul videbar , attamen vidit absque percipiiliis. Quia vero Saturnus fuit combustus & in Cancro , significant amissionem omnium dentium : superuixit tamen annis 21. ab hoc casu. Et forsitan quod stellula illa cum Saturno aut Asinus cum Sole aliquid contulit ad calamitatem. Cæterum pulcher , nam ascendi & Luna loco præficebatur Jupiter & Luna. Ideò fuit candidus , rubens , carnosus , moderatus.

Et quia Venus erat infelix cum Sole & Saturno , ideo anni 23. bibit Auripigmentum album , vocant Arsenicum. Et anno 59. venenum tabificum , & evasit , amisisit tamen , vt dixi , omnes dentes , quia ex priore veneno quo socij omnes periæ concussi sunt omnes dentes , & semper postmodum fuere invalidi. Cæterum sanus , vt dixi , nisi quod debeat subiectus perpetuè cordis palpationi.

Et quia Luna fuit in via Lactea , fuit panulum turbido & hebeti ingenio. Sed quia Luna Mercurium trigono radio aspiciebat & fuerunt ambo in Iouis dignitatibus , fuit eruditus Mathematicus , Iurisconsultus , medicinae non imperitus , occultarum disciplinarum maximus professor , aded , vt familiarem spiritum tenere fateretur. Hoc contigit quia Luna erat in sexto loco in Sagittario ,

Fuit præterea humidi cerebri ob Lunæ imbecillitatem , & debilis ventriculi ob Veneris cum Saturno congressum , & maximè in Cancro.

Quod ad mores attinet , Iupiter dominabatur loco Lunæ & Mercurij , nam Sol non recipit dominatum: Et quia Iupiter erat cum Sole & in domo eius debilissimus , significauit virum integræ bonitatis atque iustissimum , abiectum tamen & animi delecti. Sed cum Sol esset cum Saturno infelici , fecit timidum , agrestem , neglectorem rerum , anticipitem in omnibus rebus , nihil perficiensem , seruulis animi , rigidum , suos negligenter. Et quoniam Sol recipit dominatum ob Iouis debilitatem , fecit publicarum rerum cupidum , & qui res generales & negotia Principum scire cuperet. Ob id etiam sazera & veracem. Et quia Iupiter dominabatur , faciebat studiosum , & Saturnus cum Veneri facit amatorem laborum , attamen pigrum , cum vterque sit cum Sole. Sed cingulus Orionis horoscopo coascendens , & Apollo in eo fecerunt , vt laborem studiorum absq[ue] incommodo perferre posset. Et ita fuit studiosissimus , si quis vñquam mortaliū : Et certè dicam bona venia cum exiguo fructu pro tantis laboribus. Dinitias exiguae comparauit , quia Sortis dominus erat Iupiter Soli commixtus , sed sub radiis atque occidentalis : nihilominus vterque eorum trigono radio respexit ascendens. In iuuentute igitur aliquid parauit. In senectute autem relicta aduocatione & iudicandi officio , solumque profitendo intentus , iuxta decreta geniturae meæ seruauit solum , quæ parauerat , quod per genituras meās que pauperiem indicabat , exequutus est. Siquidem vt visum desolata Sors patris in Scorpione , cuius dominus erat Mars , & ipse peregrinus in trigono Solis peregrini , nihil reliquum fecit ad lucrum , nisi exiguum stipendum publicum , quod à Sole decernabatur. Ita vides quomodo dissimilia ad similitudinem reducantur. Pari ratione patris genitura propria est quarti status , quo factum est , vt in iuuenta esset vite , necisque dominus , cum esset procurator fisci (omnia enim ad consuetudinem loci sunt referenda) sed post nativitatem fuit sexti status , amotus ab omni officio & dignitate in posterum , præterquam à profitendi munere. Ita vides concordiam vindique , Vxoret vix duxit ob Lunam afflictam , & eam in senectute , quod Luna esset in occiduo quadrante secundo post coniunctionem & in fine eius , ideoque in senectute. Significauit & coniunctum perpetuum ob Venerem cum Saturno positam . Sed & vnicam , nam solum Mercurium Luna aspexit , nulli alij applicans , & à nullo recedens. Sed quod ad filios occupati erant , Iupiter & Luna quæ filias duas dabat. Venus ergo orientalis & masculino Planetæ coniuncta , & cœli Medio configurata locisque domina filium promisit. Et vix vicinum ob Saturnum succedentem , innabatur tamen locus etiam à Lunæ quadrato , quæ succedebat Saturno & in loco dignitatem habuit. Alios habuisse filios qui obierint ipsa genitura demonstrat , me solo diu post etiam illius

mortem superstite. Concordia vero inter genituras fuit, quoniam locus quadrato Iouis in undecima fuit mihi ascendens, & locus trinus Veneris in coeli Medio iuxta locum Lunae mihi, & Venus largitrix filiorum denuo Saturno configurata. Atque haec de patris genitura. Pro matre autem posui, quia na-

vt circa generalem calamitatem non super-
vixissent. Alius præterea ex utroque parente
genitus frater, qui nascendo periit.

De sexu.

In ascendentे fuit Planeta masculinus, & Luna in quarta masculina, & Sol in signo masculino, & quarta masculina & Iupiter orientalis: id est inclinabat haec genesis potius ad sexum masculinum, quam femininum. Præfertim quod Vetus domina communis omnium locorum, & quæ colligit suffraga, est in signo masculino, in quarta masculina iuncta, & in aspectu planetarum masculinorum.

De numero.

Loca tria dicta principalia fuerint maiore ex parte in signis unius figuræ, non fuit commixtio corporum in bicorporeis, necesse igitur fuit unum esse.

De specie.

Non fuisse monstruosum clarum est, cum nulla malefica sit in angulo.


De educatione.

Educari cum difficultate ostendit Luna sub radiis maleficarum, & ambo luminaria ab angulis decidentia. Quia tamen beneficia in principio & vero tempore, est in angulo, & Luna in fine exit in duodecimo loco, & luminaria sunt in finibus & dignitatibus beneficiorum, & nulla malefica fuit in angulo, quamvis ex utero violenter extractus, quamvis seminotus, quamvis peste intra paucos menses corruptus, evasi tamen satis leuiter, tametsi idem Mars, qui Lunam principaliter affligerat, supra Solem eleveretur.

De vita spacio.

Luna, ut dixi, est in undecima domus medio in suo trigono plena luminibus, id est apheta, nec considerem in hoc: sed ex duabus claris indiciis octavo anno cum applicuit radiis quadratis Saturni penè perij: cum autem ascendens applicuit ad corpora Martis & Saturni peregrinorum & retrogradorum, & nullam in horoscopo habentium dignitatem, & cum radiis Lunæ quadratis, & Solis infortunati non apparuerunt, nisi pericula mera, cum tamen etiam esset annus maximè pestilens. Et hoc ideo contigit, quia ascendens non erat apheta, & Luna erat tum Libera, & forsan redditus fuerunt validi, id est patet causa periclorum irritorum, cum affligitur apheta, non primus & ille se bene habet. Et ob id errarunt omnes Astrologi in diudicando de vita mea, & ego cum illis, & quæbam namas, utpote quod essem è genere diu viventium, cum causa esset manifesta. Et hic error fuit causa magnorum malorum mihi: id est præstat nescire, quā nō recte intelligere artes. Et si quis dicat quid Luna nocuit, quia erat domina ascendens, non quia Apheta.

Dicq



tuitas nocturna erat, Lunam pro ascendentis loco. Et sit Sol vita significator, & iuxta 20. annum conuersa directione peruenit ad occidens, & Lunæ oppositum, & Martis quadratum, & correpta fuit saepius hysterica passione ad mortem usque. Demum direxi recte Solem ad Martis oppositum, & peruenit ad eum in fine 36. annorum, & tunc mortua est. Et quia Mars respexit ascendens, & Lunam quadrato aspectu, significauit ipsam esse iracundam & in facie laedendam, & ita bis laesa est, primùm, dum puella esset præcisio ex mento antiace pestilenti. Deinde igne fortuito dum agerem ego 16 annum: Et Saturnus fuit imo coeli, & Sol in angulo cum Venere & Mercurio, & significauit maiorem existimationem illi quam patri. Et quia est mulier non amplius me extendo, nisi quod fuit ingeniosa, sapiens, liberalis, proba.

De fratribus & sororibus.

Mater igitur morbosa ob Martis quadratum, qui cum esset stans, non potuit occidere: Iouis vero sextilis longanum ostendit: At Venus Saturno per trigonum configurata patri vitam longam decernit, non tamen adeo ut matri, quod Venus per se robustior est Saturno. Luna vero & coeli medium quod alter locus à Ioue, alter à Venere & Mercurio respiceretur, fratres duos & sororem unam ex eadem matre, significabant. Erat mihi frater Thomas annorum 13. soror Catharina annorum octo, frater eius Io. Ambrosius annorum trium ex priore coniuge Antonio Alberio: hi omnes post annum spatio dierum 40. perierunt, quod illorum genesis cum generali pestis, quæ tunc saeuebat constellatione, consentiret. Hoc ut existimo matris causa, nam & ego peste afflictus sum, Et mater ipsa cum puella esset eodem morbo correpta fuit. Debiles autem erant, tam qui à Luna, quam qui à coeli medio significabantur, & ob id omnes periisse, non tamen tam debiles,

Liber XII. geniturarum. 521

Dico quod nō potuisse superuiriare adeo afflito ascendere. Est ergo domina ascendētis, & eam alpiciunt Iupiter & Mars domini loci, & ipsa etiam loci domina, & præter id in diuītione vndeclimā dominus, atque in eius medio facta iuxta rationem motus diurni, quæ est

vera non circulorum positionis, qui sunt imaginarij, & solum subseruit directioni, & non statui Planetarum, nec sunt de natura oriontis, nam hic circulus est verus circulus, & habet vim naturalem, quia stella primum effundit radios ad terram illius regionis.


Quo tempore Saturni quadrati radices pertinet ad Lunam in fine octasti anni, & fuerunt planeta, vt vides afflito vtroque luminari maximè Luna & Venere etiam carente, qua fuit geniturae domina, febre &

*	10.37	♀	♂	4. 33	♂
)	4. 23	♀	♂	10.44	♀
n	19.39	my	♂	12.25	♂
24	10.18	my	♂		

dysenteria laborauit , mirumque fuit quod
descendentium ex materno auo Iacobo Mi-
cherio, qui fuerunt plusquam viginti, omnes
alij interierunt. Antea menie primo ex mala
Lunæ constitutione , & crassante peste cor-
teptus sum ab ea , mortuis ceteris fratribus
atque sorore : similiter anno quarto ascite
correptus , ob lactationem infelicem , etiam
præter spem evasi. Anno 21. laborauit rufus
peste. Anno 25. in fine octava die Septem-
bris (erat autem finis anni,) lusi & amisi pe-
cunia non modicum , sequenti die vulnerari
patritium Venetum,cum in illius domo essem
cum puerο , & illi duo famuli , & ianua do-
mus occlusa , cumque illi vellent inultionem
domini reuellere farissas non potuerunt : &
ita timore apertis ianuis , me nil sperantem
tale dimiserunt. Post hora secunda noctis ,
dum timeo publicam potestatem , & ex sca-
pha in nauim ascendere prospero , cecidi in
mare Venetiis : eram autem armatus lorica
subtus , & natandi inscius , tamen arrepto
transfroseratus sum præter spem rufus à
nautis: tam enim corpus Martis & Lunæ qua-
dratum ad ascendens peruenient. Et plane-
ta hora reditus anni sic se habuerunt , locus

10.37	♂	15.19
21.9	♂	24.44
1. 24	♂	21.27
14.25	♂ Proces.	11.40

*	10.37	म	८	28.3	म
१	17.19	म	९	12.54	म
२	15.20	म	१०	0.52	म
३	6.23	म	११	20.43	म



Latitud

h	S.	D.	2.	38
♀	M.	A.	c.	15
♂	M.	A.	o.	1
♀	S.	D.	1.	30
♂	S.	D.	2.	18
D	S.	A.	o.	14

Ne quid etiam decesset confyderationi,
subieci theria eclipsis solaris, quæ incidit in
partem ascendentis mei anno ætatis meæ 38.
cum inberent Astrologi mihi timere. Nec
tamen quicquam passus sum eo, nec sequen-
tibus

lene est. Cum verò decident omnes angulis, fero omnia hæc apparitura nuntiat, & minora quam sunt, cuius contrarium est in aliis. Frustris quoque horum studiorum exiguis dant, dederant, dabuntque pro tantorum laborum magnitudine. Vnum adiiciam quod etiam ex astris mihi datum est, ut scilicet gratus sim his, qui mihi benefeccrunt. Adeò verò veritatis amator, vt à decimoquarto anno supra mendaciam medixisse non meminerim: Saturni præterea retrocessus facit perpetuo cogitatandum, mansuetum, fallacem, dissimilatorem, sed virtus philosophia correxit, cogitationem studia auxerunt: pertinacem quoque ac misericordem, cum Martis & Solis vis omnis absit: Deiectum maximè, quod pari ratione Soli & Ioui nulla in hoc sit authoritas. Cupiditatem etiam, & iniicit hæc constitutio omnium occultarum artium, quas aut percepit, aut vt falsas neglexi, velut chymiam & necromantiam, & veneficam simili ratione, cum omnes Planetae animosi adsint, Iupiter, Mars, Sol, fui timidus & suspicione plenus, rerum exigui momenti, viliumque scelerator minimus. Nihil enim grande hi Planetae significant, præfertim sic constituti. Vilem præterea & abiectionem occidentales significatores timidum, suspiciose & vilibus. ac fœdissime delectantem efficiunt, sedulus & diligens, ob id supra omnes mortales, nam & hæc qualitates remissioris animi partes sunt. Venus etiam potens facit delectari gemmis, lapidibusque præciosis, sculpbris & piætibus, & Musica, vt dixi supra modum. Eadem iuncta Mercurio, in maximam in filios dilectionem præstat, vt in secundo libro docuimus, Mars verò in quadraginta, Lunæ in quibusdam rebus facit inconsultum & iracundum, & inopinatò res tractantem atque in his causis, undeque infelix seu & cum iactura existimationis & rei. Amuli enim hoc vitium agnoscentes, aliquando me captarunt, alioquin videtur tempus decipiuntque potui. Facit & hoc ales studiosum. Cum verò Mercurius in lacteo circulo positus sit, & cum stellula, ex natura propria & Veneris, in signo humano & retrogradus ingenium optimum & profundissimum, tardum, tamen turbicum. Præstant etiam conuersationem gratiam. Radjū quoque trigoni Saturni, cum stellis, illius tribus positi, retrogradique memoriam exiguum, admodum & fallacem, minimeque promptam, sed longin & stabilem, rerum quidem verborum propè nullam decernunt: atque hæc sunt, quæ exuperant cætera studiis, & nixu & Philosophia iminuta, ac quasi abolita euanchære. In vniuersum cum omnes Planetae ob commissiōrem moribus nostris imperent, eo fit, vt quanto diutius tractes, eo minus qualis sim agnoscām.

De virtutis ac morbis animi.

Vitja nulla animi fuerunt, nisi immoderata cupiditas sciendi, quæ à dominis qualitatum animæ proficiscitur. Eratque paternum virium, vt pecunias & honores scientiæ causa semper contempserim. Et veritatis studio,

commodorum proprium sæpe oblitos sim, cogitatio quoque assidua Venereorum perpetuo me torcit, & quod factò impiere non licet, aut fecisse potentem puduit, cogitatione assidua mentitus sum voluptatem, Musican quoque dilexi nimis. Et vt uno verbo omnia complectar, immodicus in omnibus rebus fui, quas dilexi, odi in iustitiam, supra omnia & à crudelitate, fui semper alienus, quamvis Saturni vis obstaret. Causa autem libidinosæ cognitionis est Venus, Saturno ac Mercurio complicata, & Mars utriusque luminari. Quod verò circa actiones naturales esse, ablique reprehensione indicat luminarium constitutio secundum naturam, alterius scilicet in signo masculino, alterius in fœminino.

De diuitiis

Inspxi sortem & ipsa fuit impedita in sexto loco, sub radiis Solis, & ideo accepi secundam domum, & eius fuit dominus Mercurius solus, ideo significant omnem causam lucri pendere ex scientia & industria, & quia latebat, & erat retrogradus, significant mendicitatem ex se. Sed quia reddebat vim Veneris invalidæ, que est in domo & finibus suis, significant magna lucra: & eam iuuabat Saturnus ex trigono carpenti dominus quia Mercurius, qui est principalis, est infelix, ideo cum maximis lucris & occasionibus, incredibilibus, semper ego pauper, & si capiamus dominos sortis, ad idem res reddit: sed tunc principalis esset Saturnus, non Mercurius quod minus conuenit. Causa autem lucri anni, si fuit quod Iupiter, Venus & Mercurius, peruererunt ad proprium settilem, & Iupiter erat in carpento suo, vt appetat, dum itinera inferiæ expono. Et cum Mercurius & Venus peruererunt ad tertiam partem, & vbi erant radjū trigoni Iouis adeptus sum munus profitandi Bononiae.

*	ꝝ	10.	39.
☿	ꝝ	29.	16.
☿	ꝝ	18.	36.
ꝝ	ꝝ	4.	42.
♂	ꝝ	2.	1.
♂	ꝝ	14.	42.
♂	ꝝ	25.	28.

bis in eodem anno muneri præpositus, & ideo annus ille fuit insignis, & fuit 62. & fuerunt loca, vt vides alcens. ex processu II 7. vbi animaduertendum quod Iupiter fuit in opposito loci, & in Sextili suo temporis nativitas. In septima annis, Venus & Mercurius, ab hoc perueniunt ad quadratum Solis & Lunæ sextilem. Ideo contingit mutatio, & est locus in finibus Iouis. In fine anni 64. die 23. Augusti, accepi donum ab Illustriss. Cardinali Morono, ob valitudinem recuperatam. Nam ih principio anni Venus & Mercurius, redierunt ad loca sua. Et per directionem ferantur, inter radios felices & ea die Venus fuit iuncta Ioui in 18. parte Virginis, & prope fortunam donorum, Sol & Mercurius, & omnia ad vnguem cum arte concorda

concordauerint. Generaliter autem Mars, in nativitate secundo loco positus, omnia disperdit, per alcām in inuentore, & per malos famulos in sene&tute. Et scias quod cūm principalis dominus, alicuius rei defert vim, alteri quantumvis beneficē, nullum promissum est ratum, nisi cum ambo, qui p̄fecti sunt negotio fuerint concordes, & ob id rariores sunt eventus boni, velut in genesi, nostra Venus & Mercurius ambo sunt necessarij ad diuitias p̄standas.

De honore, dignitatibus, & gratia principum.

Hucusque non folūm vera, sed & omnibus consentanea diximus. Quæ verò nunc subiicientur, licet vera sint, ita tamen aliena à decretis astrorum esse videntur, vt multi negarint genituratam, quam exposui, meam esse. Inter quos est Hieronymus Cutica, vir non incuritus in arte: constat enim meam genesis esse sexti gradus: at meus non adeò humiliis est. Videamus ergo, si quid ultra sextum statum, cuius est genitura sim consequutus, certè non: nam, vt dixi, alias neque inter collegas, gradum aliquam, quod tamen mirum est, sed non mirum, si quis genesis consideret obtinui, solustrigonus Martis domini cœli medij, cum sole aliquam inveni magistratum, circa arrem pollicebatur, que certè obtinui. Anno igitur 24. cūm cœli medium ad Solis trigonum peruenisset, electus fuit Rector Gymnasij Patauni. Tunc cœli medium ad 19. Sagittari partem peruerterat, itaque tribunal etiā illi magistratus rex, cumque sequenti anno cœli medium ad Martis trigonum peruenisset, doct̄or factus sum Pataui in Medicina, reluctante collegio. Omnes enim loci principales ad radicem peruerterant, & Luna infelix in cœli medio erat, in quadrato Mercurij & Veneris, qui per ingressum ad locum radicis, fermè peruerterant.

Contingit vt eodem tempore fermè solet fors, id est, anno 43. ad proprium sextilem peruenirent, & tunc propè Luna quoque ad proprium sextilem peruenit, & cœli medium ad Louis quasi sextilem, significavit igitur dignitatem ex arte cum lucro extra patriam. Dignitatem ob Solem ex arte ob cœli medium cum lucro ob sortem extra patriam. Ob Lunam anno igitur 43. post reditum ē Senis ac Florentia, Medicinam publicè coepi profiteri honesto stipendio, tam verò inopinato, vt quandoque cogitarem mecum, an dormirem: fine amicis non quārens omnia, preter medicinam scire, creditus, cum tot æmulis nunquam alias vel Dialeticam, aut Philosophiam professus. Eo anno, vt parerat omnes aphetae, ad contraria loca peruerterat, non tamen eō delata est electio, sed solum effectus, vt attendendus sit 42. annus etiam, Anno igitur 42. locus Solis peruenit ad locum Lunæ & Luna per ingressum ad oppositum Solis & Sextilem Martis, cœli medium ad locum Saturni, & trigonum Veneris & Mercurij, & Iupiter corpore quod optimum fuit, in hac causa Soli iunctus erat.

Tom. V.

Annus 43. non ita fanebat, quoniam omnia absurdula erant. Atque ita etiam res omnino infelicitate cessit, extra Academiam sine auditore inexpertus. Vicernit tamen astra, quoniam ut vidisti applicabant, non defluebant aphetae. Perseveravi igitur ad annum usque. 50. scilicet perfectum. Nec statim extra patriam profectus, sed sequenti anno id est. 44.

Cæterum amicitiam æctam cum nullo principe, nisi sacerdote iam deceim atque amplius annis prædixeram, in libro cui titulus est supplementum Ephemeridum. Hic autem cūm, vt dixi, iam ab hinc annis decim æctus sit et verba habet. Cæterum nulli principi gratus esse potero, nisi qui ecclesiasticam habuerit dignitatem, & in prædictione anni 1548. cuius suprà memini eidem sententiae inhærens, sed quia Sol est infelix, ero quasi in contemptu Principum, ad illorum tamen perueniam notitiam, non tanquam aulicus, sed aliorum medio. Item cum sacerdotio insignibus copulabor aliquando, dico primas partes tenentibus: quod quamuis fermè ad hanc diem consequi potuerim, hora tamen vt dici solet nondum venerat. Causam huius liquet esse Solis infelicitatem, & Louis in angulo potentiam: nam Iupiter propriè antistites significat. Id verò licet etiam videre in secunda genesi praesenti collata: at de hoc ubi de amicis tractabo, diffisi loquar.

Vultus volans in cœli medio, procyon in imo, & luminosior lancis in occidente, & clara fusionis aquæ cum Ioue ad ascendens, aliquid faciunt ad nominis celebritatem. Sed cūm ex arte & industria hæc sint, exactam potius sequuntur erraticarum configurationem, quam geniis sequitur: genium nunquam deserit nominis celebritas, sed hæc viderint alij.

In uniuersum senectus erit illustris, sed ærumnosa propter inerrantem splendidam, in occidente naturæ ♂ & ♀.

Quid verò Luna significet mihi in loco Saturni volui videre, & inveni quod in 37. revolutione, Planetæ erant ut vides. Eo anno

Sol.	Ω 16. 37.
Luna	II 20. 42.
Saturn.	IV 14. 53.
Iupiter	♂ 20. 27.
Mars	Ω 1. 17.
Mercur.	Ω 5. 14.
Caput	II 5. 19.

passus sum nouem diebus tremorem cordis usque ad mortis timorem, cūm iam pluribus annis cessasset. Sumpto medicamento ex gemmis vomui venenum, genitum in corpore. Erat enim bilis æruginosa. Non nocuit amplius, quia directio nulla obstabat, nisi quod ascendens erat sub Saturno: at hoc, vt dixi peperit fluxum vrinæ. Et processus redierat ad radicem & Lunam quod plus est Venus, ex Sextili aspiciebat. Eo etiam anno quoniam Venus dominia loci Solis erat in quadrato Louis, mutuoque se recipiebant, & Mars in Sextili Solis ab eo re-

Y y septus

ceps. Et Venus iuxta cor Leonis in Sexili Luna, & ipsa, vt dixi, domina loci Solis, idem congressus sum cum Pontifice prima Maij. 1538. Et miraberis quoniam Sol fuit, ea hora in parte & minuto Iouis in initio anni, id est, in par. 10. minut. 27. Tauri & Mars in parte eadem loci Veneris, id est, in 25. parte Leonis & Luna in pars. 28. min. 20. II vbi erat in initio anni, & caput in 23. 44. id est, in loco Iouis. Et hoc tamen demonstratur imbecillitas ingressuum, quia cum nec directio, nec processus facerent ex magna spe, in inanem omnino eventum res transiit.

Ex his etiam patet, quod honores non ita faciliter mutantur, vt diuinitate, valetudo, amici, & reliqua: quia in singulis annis Sol ad proprium locum cadit, idem parum mutat conditionem, quam ab initio radicis sortitus est.

Præterea vides, quod nisi concurrant multæ directiones processus & ingressus, aut genitura valida sit, nil insigne sublequi solet. Ex omnibus enim ad honores pertinentibus, nihil fuit magni, præter possessionem publicam. Videbis & aliud in capite de opificio & tertium in capite de itinibus, & in omnibus his est mira concordia directionum, processus, & ingressuum, & in nullis aliis, vt nemo nisi amens possit iam de his dubitare.

Ex his etiam liquet quod Ptolomæus per illa verba, (propter humanæ naturæ imbecillitatem.) Intelligit etiam aliud, quam significare videbatur, scilicet quod nativitas imbecillis quandoque, licet raro, vt ibi testatur & inferius, clarius concursu multorum in idem tempus, præsertim idem significantium post valida reddi, & magnos sortiri effectus. Et per contrarium valida genesis dispersis per diuersa tempora directionibus, processibus, & ingressibus ultra quam credi debeat, debilitari. Desinunt igitur mirari nostram genituram, quæ multos prestare potest honores, tamen perpetuum decerni non potest. Supereft modò solum, vt doceam, qualiter suas quocunque tempore etiam inter medio quo loci principales, quos quinque esse docuimus per directionem applicent. Exemplo sumpto à Luna, cuius locum volo scire, pro annis quatuor descriptis.

De opificio.

Mirum videtur de honore, sed maius miraculum est de opificio: nulla est stelli in cœli Medio, nulla in pimo orientis statu, & tamen assidue exercui artem. Sed vero Mars est dominus opificij, quoniam licet non sit in cœli Medio, nec in primo orientis statu, est tamen dominus, cœli Medi & primus ex superioribus, ac inferioribus quod antecedat Solem. Et loco est in trigono Solis, & applicat Sol illi, non defluit, unde est intra terminos, est in domo, trigono que Mercurij in finibus Iouis, ab eo etiam statim Luna defluit. Significavit igitur artem & nobilem, ob fines & luminarium testi-

monium, & præsertim quod pater fuit Jurisconsultus. Nihil secus, quia non aderant conditiones à Ptolemæo scriptæ, plus quam decies fuit interrumptum exercitium, & intermissum legendo, peregrinando, litigando, ludendo, scribendo, ac etiam ex inuidia medicorum maledicentium. Accusarunt me insanæ, ignorantiae, instabilitatis, improbitatis, flagitosæ vitaæ adeo multipliciter, vt multitudo accusationum potius leuarer, quam opprimerer. Quis enim mortalium unquam tam malus esse potuit, præsertim cum nihil mali facerem, nisi quod odissim illos vt improbos. Ut ad rem reuertar, modo negotia, modo otium, modò impotentia interpellabant ne non solita ægrorum frequentia, vt alij, exerceam artem: in posterum etas ipsa interpellabit. Anno 19 eum in gymnasium me contuli fata quippiam magni ex altrorum constitutione polliceri videbantur: Sic enim

Sol	Δ	10	37
Luna	Δ	24	2
Iup.	Δ	26	27
Mercur.	Δ	28	7
Mars	Δ	28	45
Cauda	m	23	33
Venus	m	25	36
Saturn.	p	15	11

erant Planetæ in initio redditus. Omnes igitur præter Venerem fuerunt iuxta locum Eudemonis, qui mihi est Δ pars 24 cum ibi sit Venus & Mercurius cum trigono Saturni absque malefici impedimento vlo, Processus erat ad opposita loca qui mutationem fortunæ declarabat. Eo anno exiui è patri, & coepi libertatem experiri. Singulis redditibus ad opposita loca magna mutationi mihi in statu vitæ contingit. 7. anno coepi patri inservire, totus ille decursus fuit ærumposus, mutauit domum etiam habitationis. 19. vt dixi, in gymnasium me contuli, bona fuit mutation. 31. anno vxorem duxi, altera seruitus præsertim studioso. 43. coepi, vt dixi, profiteri medicinam: utilis seruitus, iucunda mihi & honori fica: Nunc 58. annus me expectat.

Sol	Δ	10	37
Luna	γ	7	14
Satur.	ζ	9	21
Iupiter	p	22	22
Mars	Δ	23	22
Venus	m	1	40
Mercur.	Δ	20	56

Pòst anno. 34. cum cœli Medium ad Saturni trinum peruenisset, redi in partiam, habui munus profitendi mathematicas, concordiam cum collegio: erant autem ingressus qui maximè fanebant vt vides. Sed quia Mars cadit in Libra, & Iupiter in Capricorno, & maleficarum dona præsertim Saturni, sunt specie non re, ideo illa bona mihi omnia fuere exitio & calamitati ferend. Processus non iuuabant nisi per ingressum, nam cœli Medium erat in 19. parte Librae, & ibi fuit Mars & Mercurius, & Iupiter fuit in quadrato

quadrato eorum, & in coeli Medio radicis, sed hoc leue est.

Audi nunc rem miram anno 37. coeli Medium peruenit ad trigonum Veneris & Mercurij in 24. parte Aquarij, & non potuit aliquid facere, quia processus non auxiliabatur, sed solum preparavit media ad consequendum collegium, à cuius ingressu iam derinebar octo & amplius annis pluribus sentententiis seu decretis collegij iam in iudicatum elapsis. Senata causam perpetuā ad illos remittente: Et quod maius est, conuentione per me facta cum collegio, qua iuribus meis illi cesseram renuntiaueramque. Igitur hoc anno primum mortuus est qui aduersum me pessime egerat, in gratiam principis Istoniū perueni: amicitiam cum Sfondrato, cuius genesim suprà vidisti, contraxi: Lucas Crucēus vir iustus sponte, & fratri Francisci Crucēi suauissimā etiam iustior, in locum demortui hostis subrogatus est: Eo tamen anno, vt dixi, ob processus nihil peragi potuit. Sequenti anno qui fuit 38. coeli medium ad 19. Aquarij partem peruenit, quo etiam per directionem, & ubi radij Veneris & Mercurij trigoni, sed obstabant trigoni radij Saturni qui ante erant, hi conuentione factam significabant. Obstabant etiam radij quadrati Martis. Porro Planetæ in initio anni se habebant, vt

Sol	Δ	10	37
Luna	Δ	26	57
Saturnus	mp	26	1
Iupiter	II	25	55
Mars	m	22	5
Venus	m	13	18
Mercurius	Δ	19	13
Cauda	mp	15	58

vides. Luna & Iupiter locum processus coeli Medi, & Mercurius, & inter se trigono radio respiciebant. Abfuit Saturnus omnino. Vides igitur veram concordiam eventuum cum dictis Ptolemaei. Quia verò res ardua erat, & difficillima, dilata est ad ultimum mensem anni, cum processus menstruus peruenit rursus ad Aquarij signum, & in eo comprehendebatur, vt & in anno locus Lunæ & sextilis Ionis. Neque hoc sufficit, sed etiam dies fuit in quo processus ad 19. Aquarij partem peruenierat. Eo die, qui fuit 28. Augusti 1539. Luna fuit in loco radicis, & loco etiam processus, nam omnes tres processus anni, mensis & diei incipiunt à 19. parte Aquarij, & extenduntur ad 19. Piscium, & fuit eadem die opposito luminarium. Et hoc mirabile quod omnia quæ mihi contigerunt magna, electio in rectorem 2. Augusti 1525. coniugium, doctroratum, ingressus in collegium, multaque alia semper contigerunt mihi in ipsa positione Lunæ. Et hoc causam certam habet apud me occultam & difficilem. Nec credas quod ego de his cogitarem, imò ignorabam hoc penitus. Quinetiam ille mihi perfidus hostis, cum aliquid sciret ex arte, in prima societate collegij, quæ contigit anno 1535. dixit elegi huius societatis tempus

dum Luna est in Aquario signo fixo, vt tibi faueam, ne hoc pactum vñquam disruppi possit. Ita aiebat vir dolorum: sed occulta sunt iudicia diuina: cum enim quod similabat de societate in fauorem, esset è directo contrarium, quia per illud pactum priuabat debito mihi collegio, elegit locum mihi propitium ad habendum collegium, nesciens quod pars ultima Aquarij erat mihi maximè propitia. Et ob hoc soleo dicere, quod electiones propter duas causas fermè plus nocent, quād iuuent.

Hac igitur cum genesi cum fidem & integritatem omnes, cum quibus morabat admirarentur, pudorem maledicendi æmulis inieci. Quod ad insaniam attinet, si ego insano, aut insanui vñquam, vos qui me accusatis, vestram ostendine sapientiam. Ego infirmus natus corpore, pauper, temporibus quibus perpetuo bella viguere, nullo affinium fratris auxilio, aduersante collegio, nullis insidiis succubui, nulli violentiæ, omnes gradus, quos medicus habere potest aut habui, aut oblatis recensui, meos erexi, inculpatus vixi. In omni certamine victor, iudicio omnium. Adeò fauente cœlo, vt multi aperte fassī sint cum decertarent, se omnium oblitos esse. Nulli Principi blanditus non solum fui, sed & egregiè aduersatus. Multorum libris passim infectus, incolumi valetudine, & fatis longa vita, si 56. annum licuerit exceedere, inuentione multarum nouarum & magnarum rerum felicissimus: exercitatione artis & successibus, vt eadem gloria primo mihi comparauerit iudiciam, inde extinxerit. In vniuersum, Saturnus cum stellis nobilibus est causa magnitudinis nominis in arte: Quia dans formam dat quæ sequuntur ad eam. Ut dans excellentiam artis, dat etiam formam ex illa. Adiunquerunt decreta honoris, dinitiarum, authoritatis in opificio, geneses filiorum faustæ, vt alias ostendimus, & infra sumus ostensuri,

De coniugio.

Luna fuit occidentalis quo ad Solem, orientalis quo ad angulos, ideo significauit coniugium in media ætate. Non opus est directione in hac causa iuxta Ptolemaei sententiam, sed cum loca principalia in ætate media perueniunt ad suum oppositum. Id contigit anno aetatis 31. Eo anno Luna venit propè locum radicis in opposito Veneris. Venus fuit in loco processus Lunæ at Venus domina ascendentis. Eo etiā anno Mars fuit in opposito Iouis & in fine Arietis, & Saturnus iuxta locum radicis in fine Geminorum in sextili Martis & trino Iouis. Mars autem retrogradus, & dominus ascendentis processus. Exactus erat circuitus Saturni, qui solet impedire coniugium. Et hoc nota: nam qui ante 30. annum nubunt, magnam habent significacionem, coniugij, & plerunque saepius nubunt, do viris dico: in feminis quæcumque ante 15. annum: is est tertimus dimidij circuitus: Et haec vt plurimum nubunt, plus quam semel. Ita ego collegium ingressus sum exactis ad vnguen-

15. annis à morte patris, nam ex bisexto suppletur dies qui deficit, & supersunt duo dies alii. Patris autem genius hac in causa obstat mihi. Et hoc est quod dixit Aristoteles, vitam & reliqua animantium certis syderum circuitibus constare. Verum vt ad rem reuertar, eo anno Mars septimi loci dominus peruenit ad Lunæ radios trigonos. Mars igitur significat personam meam in causa coniugij, quia septimi loci dominus, & Luna vxoris. Tam parum autem absuit ab hoc congresu, vt ne unus dies: sed hæc præter Ptolemaei sententiam. Ad illius placita reuertor, Luna fuit in bicorpore signo, & Iou atque Marti configurata, idè debuit significare duas vxores. Et certè significasset, nisi quod Luna pergit ad Saturnum, & Saturnus commisceatur nimirum Veneri quæ est domina ascendentis: idè prohibet secundam, non tamen portuit prohibere primam, de secunda etiam parum absuit. Eodem igitur modo quo 7. annus 19.31.43.55. plerunque significant vitæ mutationem, eodem modo 8.20.32.44.56.68. pernititem & exitium si maleficæ sint in secundo, vel octauo loco, aut quinto, vel undecimo, nam ascendens ad octauæ signum perpetuo his annis per processum devoluitur. Vbi minus affligat, significat morbos, itinera & corporis incommoda: In quibus nihil aduenit, in his beneficæ ibi sunt constitutæ, aut illarum radij trigoni ad hunc octauum locum perueniunt, aut anni directio ascendentis & Lunæ omnino felix est, & à noxa aliena. Hanc reor fuisse causam quod vidi quatuor iuvenes omnes patribus unicos ex legitimis anno 20. mortitos fuisse. Et certè is annus magno periculo generaliter non vacat. 56. autem longe maiore quo Scipio & Virgilius, & multi clarissimi viri obiere. Nam eo anno redit ascendens & Luna ad 8. signum, cui non configurantur: & idè est proportio eius ad ægotantes, quasi sicut octimestris ad parentes: nisi quid tota malitia octauæ mensis dispergitur in plures annos 8.20.32. & reliquos, unde vis tanto minor euadit. Ætas vero tunc est iam effeta, & hic annus est ultimus custodæ Martis: unde non secus effundit Mars iram suam eo anno, quam improbi milites, cum coguntur relinquere hospitium illis assignatum: Ob id cum contigit numerum illum per septem posse diuidi, frustra crediderunt annos, quos vocant climaticos à numero climatum, quæ sunt septem, id est, qui possunt per septem diuidi, vt 7.14.21. & tales esse extiales. Hoc enim est alienum à mente Ptolemaei, & à ratione. Et ratio demonstrans hoc, est quia idem sub eadem formâ non potest habere, nisi unam & eandem administrationem: Sed planetæ simpliciter habent divisionem illam statum à Ptolemaeo, positam igitur simpliciter nullam aliam habere possunt. Secunda quam habent vocatur possessio radiorum, vel corporis. Tertia dominij vel locorum distributio. Quarra possessio radiorum vel corporis nona seu superueniens. Et similitudinem horum evenientium singulis 12. annis, vt dixi, con-

firmat Iupiter rediens ad idem signum. Et sicut homo per redditum Solis singulo anno æstat calorem, hyemis frigus, Marij ventos, Maij incunditatem, quæ sunt manifesta, quoniam Sol & ipse manifestus est mundo, ita singulis duodecim annis homo per redditum Iouis ad eundem locum paulò scilicet, aut citius in diebus experitur quid occulti simile, velut redditus Iouis occultior est redditu Solis.


Reuertendo igitur ad propositum, cum Luna esset Marti configurata, significauit vxorem animosam, peruicacem, & indomitam. Et quia erat in dignitatibus beneficarum, mitem & ingeniosam, & mediocriter pulchram. Cum vero esset in Piscibus, & in aspectu Planetarym masculorum, fœcundam masculorum. Abortiuit igitur tres masculos, duos perfectè partu, & unam pueram edidit. Tempus igitur est, vt de his loquar: nam de consenu inter nos loqui non possum, cum illius genituras non habeam. Vixit autem mecum 15. annis, & in tanto tempore Mars dominus septimi loci peruenit à radiis trigonis Lahiæ, qui vt dixi, significabant diem ipsam coniugij scilicet annos 30. menses 6. dies 24. ad radios quadratos Veneris & Mercurij. Sed hoc non dixit Ptolemaeus.

De filiis.


Iupiter, Venus & Luna sunt largitores communes, sed Luna non respicit decimum locum, nec undecimum: Ob id cum etiam cadat ab angulo, natos dabit filios. Iupiter proicit radios in decimam iuxta finem, in quartam Aquarij partem vbi sunt propè radij trigoni Solis & Martis, & etiam quia quadrata radiatione ex æquinoctiali respicit apicem decimæ domus, quia est in signis brevissim ascensionura, idè significat primum filium natu masculum, nam omnes Planetæ & signa sunt masculina, & cum natus est, fuit Iupiter in initio Aquarij, vbi erant radij quadrati eius in ea mea genesis in decimo loco. Sicut etiam mihi Iupiter & ascendens fuerint iuxta locum, vbi erant radij quadrati Iouis in 11. initio in natuitate patris. Vide quam bellè congruit. Et sicut mihi Iupiter cum illo gradu, qui fuit nodus Tauri, fuit in ascendentie, ita in filio meo Iupiter, fuit ascendentis dormitus. Secundum filium largitur Iupiter radio sextili in Piscibus sub Luna, & idè quia Iupiter erat in signo feminino, & radij eius in signo feminino & sub Luna, idè secundus filius fuit femina. Et idè Luna fuit in quarto gradu Piscium, vbi eadent radij sextilis Iouis. Sed quia vel sic debilis erat constitutio loci filia, cum esset in fine undecimæ domus, idè adiunxit eam trigonus Venetis in fine 11. domus, & cecidit in Aquario, & ibi fuit Iupiter propè 29. parte Aquarij in natuitate filii. Et quia in natuitate filii significator fuit in decimo loco & ibi radij Solis & Martis significarent robustum & morbosum, & ira in infancia fuit in maximo mortis discrimine. Sed puella cum habeat

beat significatorem in fine undecimæ, sed in signo prolifico & auxilio Lunæ præsente sine maleficiis, ideo significabatur, quod esset imbecillis & incolunis in infancia. Et ita fuit enim adeò exilis ut super futuram non speraremus, adeò sana, ut nunquam peritura videretur. Veneris verò radij triongi cedebant in 24. partem Aquarij, quadrati verò in 24. Capricorni : hi in cœli Medio, illi in 11. loco. Qui in 11. locum ceciderunt erant debiles, & Venus debilis, fuerunt auxilio filia. Qui vero occidderunt, in Medio cœli cum Venus esset orientalis extra Solis radios significarunt filium. Et licet Venus esset stœminina, & signum in quod dirigebantur radij stœminorum, quia tamen ipsa erat in signo masculino, & commixta Mercurio, et Saturno valde significauit masculum. Sed cum Venus esset multum debilis in sexto loco, indignuit auxilio Iouis, tum præcipue quod radij Iouis in Piscibus decernebant duos filios ob signum quod est duorum corporum : Et ita natus est filius & masculus. Sed quia, ut dixi, Venus erat imbecillis & radij Iouis sexiles imbecilles loco, ideo natus est imbecillus & morbosus. Superuixit tamen, quia pars 24. Capricorni est immunitis à radiis maleficarum. Nisi quod ibi imperat Mars. Ex hoc patet quod omnes filii mei sunt à Iove, primus ex loco quadrato, & est ibi in nativitate eius. Secundus ex sexili in quarta parte Piscium, & est ibi Luna in eius nativitate. Itē quia quarta pars Tauri, in qua etiā inuenitur sunt ex his quæ imperant & obedient. Tertius ex radis rursus sexilibus, quia est bicorporeum signum, & in secundo, & in tertio, quia radij sexiles sunt debiles, & etiam quia cadunt in locum debilem, ideo auxiliatur Venus cum Mercurio & Luna, sed stœmina magis Luna, masculo autem magis Venus. Fuit ergo primus hic ab infancia oppressus multis morbis, & saepius relictus pro mortuo, quia luminaria erant destituta omni præsidio, & Lunæ succedebat Mercurius inde infortunæ: sola Venus taebat ascendens, remansit surdus ex aure dextra. Erat parvus potius, quam magnus, inclinato corpore aliquantulum: oculis albis, paruis, semper mobilibus: facie candida, rubra, digitum secundum à parvo pedis cum medio iunctum habuit, cum Sol peruenit ad Mercurium lauream in medicina suscepit. Erat bonus musicus cum colli medium peruenit ad Iouis quadratum, Ioue Solem respiciente omnibus parum bene fortunatis anno vigesimoquarto, in collegium optatus est. In ipsa cooptatione vxorem duxit me inscio parùm pudicam, & sine villa dote. Inde paterna domo extritus, ut poteram illi suppeditas ferebam, sed nihil habens & ales admodum deditus ob Iouem in opposito Martis & Mercurij nimiam potentiam qui in finibus Martis erat, & ipsa fors mala, fors cum Saturnus & Mars ambo infelices in eo dominarentur, & quia in opposito erant secunda domus, ut nec præsidium ex ea speraretur, & Mars supra Iouem cum Saturno eleutatus ad extremam miseriæ illum adiungebant: unquam futurus erat diue s, etiam si superuixisset ut constat: tamen ex arte lucrabat, & pro conditione splendide vestiebatur.

Ex vxore filiam, filijolumque sustulit, puerulus vix enasit, cuius genetim subscriptissimus, puella mortua est in infantia prima. Sed non eandem fortunam mihi pollicebatur, namque Saturno in ascidente posito Sol cum



aldebaram fuit in trino Iouis , fuit autem figura qualis hic post suam depicta est. Vnde cum Sol si in trino Iouis , & cum Venere significat longam vitam , & ita iam excessi 33 ; annum ab illius nativitate , & pro conditio- ne felicem , sed tamen post viginti annos agrotaturum alioquin non est anaracta vsque ad Saturni corpus. Sors quoque optimâ con- stituta cum capite Draconis in fine primæ domus conuenit , & maximè cum secunda in sextili Veneris ipsius dominus Sol , vt dixi



bene constitutus, ut dignitates decernere potuerit multas pro conditione mea. Nil hil erat quod damnari posset praeter Martem ascendi proximum, sed reliqua erant nimis valida.

Iuxta finem 26. anni Luna Aphetarum vna, & imbecillis per circulum positionis, qui transit per sectionem, & corpus Lunæ, quasi retrocedente cœlo, ut in conuera directione fieri solet, pertinet ad sextiles radios Mattis, ita ut ipsa vix esset exuta, immo nō exuta Solis radiis, vel sub ipsis. Et Mercurius alter Apheta eodem anno ad Saturnum applicuit, itaque fauso adolescentis alterius famuli, iussit ut venenum vxori in puerperio exhiberetur. Et quanquam pœnituerit antè, nec

Y Y 3 ex


ex eo mortua fit, quia tamen brevi mortua est Nonā Aprilis anni 1560. per medium noctem, mē in celo capite mulieratus est. Ecce vides quomodo nativitas via possit esse pessima pro nato, & optima pro aliis, vt parentibus, fratribus, aut filiis. Etenim & si vixisset, futura esset vita illius plena difficultibus, cū tamē prima fronte (vt dici solet) bona videretur. Consideravi præterea anni ipsius reditum, qui fuit violentissime: alij enim

quod peruenit mensis ad Sagittarium Martij, Die 18. hora 12. Et Saturnus in initio mensis peruenit ad locum Solis, & hora mortis Mars ad eundem. Direxi etiam ascendens ad 29. partem Tauri, & peruenit ad illud in diebus 27. in quo captus fuit, & in diebus 53. peruenit ad locum Saturni interfectoris. Et idē directionis locus declarat non solum mortem, sed tempora & modum mortis: & reditus causas & negotias, & exitum sola constitutio reditus talis, significasset iuria, contentiones, rixas, pericula & forsitan vulnera, & etiam morte si Aphatarum vntus fuisset afflictus: vel directione appropinquasset: publicam mortem decernere non poterat.

Interim iam suscepserat filiolum, & cum Venus significaret matrem, & esset proxima quadrato Martis, significauit mortem, nam Mars erat eleuatus supra Venerem, & Lunam, & fuit trigonus brevium ascensionum, & Luna afflita erat radiis oppositis Saturni, & cum corde Scorpij de natura Martis. De patre significabat breuem vitam, Sol enim erat in angulo occidentis in casu suo. Extraxi ergo genesim patris eius ex genesi filij, posuisse Solem in horoscopo, & Luna facta est Apheta: idē significauit mortem imminentem, eisdem de causis, quibus in matre significauit: quoniam vero Luna erat eleuata supra Martem & Saturnum, & iam à Saturno euadebat, propè fuit ut fernaretur, nisi fuisset in opposito loci Solis, patris ideoque in loco infortunato, & fuit etiam cum illa stella, quæ parum utilis est, in omni casu. Et manifestum est, quod est figura miserabilis pro parte: Sol desertus infelix: Saturnus in tertio loco, peregrinus Solitarius cum sit & significator patris, & dominus loci Solis & ascendentis. Luna cum forte peregrina, ab utraque infortuna, pulsata hostilibus radiis beneficis, ab angulis remota, & ab aspectibus salutariibus.

Extraxi etiam meam genesim ex nepotis genesi, & necesse fuit ponere Saturnum, qui auos significat pro significatore, (ita mihi licet dicere brevitatis causa,) quem posui in ascendentे & Luna, Saturni fuit, propè oppositum ascendentis, & ita tertio anno mutavi patriam cum honore & lucro, & Sol fuit in cœli medio vita significator, licet debilis remotus, tamen ab infortunatis, & manifestum est quod Mercurius est anarca, si non omnino radix quadrati Saturni. Et quoniam Sors, & Iupiter, & Caput Draconis sunt simili, & in piscibus, habebo satis felicem vitam cum gaudio & lucro propter amicos, quod huncisque verissimum fuit. Erit ergo vita imbecillis, etiam præter aetatem, sed remota ab omni violentia & insidiis. Deterius quod sit in ea, est Luna in septimo loco, & in trino Mattis super eam eleuatur: & hoc si esset in principali genitura, significaret periculum filia proprie, aut filio, aut utriusque, cum sit in bicorporeo, sed non potest utrumque, quia est trigonus, & mutat naturam ex situ, & quadratum Saturni cum Mercurio, non adē graue mihi, quā per Mercuriū significatur, cum ad Saturnum ille accedat.

Tertium





cum malefaciunt evadant, ipse cū tantum voluerit periit. In eo igitur Luna fuit iterum in septimo loco peregrina in opposito Iouis, qui cū esset in domo sua, erat Lunæ inimicus, Mercurius etiam cum Venere in quadrato Lunæ ac Iouis, Mars verò in opposito omnium, aut quadrato, & in angulo decimi loci eleuatus super omnes, & violentam omnino mortem effugere non posset. Ex quo patet quod reditus sunt evidenter progressibus. Nam iuxta progressus fuisset ascendens 15. pars Capricorni, & omnes Planetæ, & maximè Mars & Venus, & Mercurius omnium malorum authores fuissent exta angulum. Luna autem cū fuerit velocissima significauit præcepis consilium: bona pro exequitoribus, mala pro principalibus: inconsultè enim agunt omnia. Publica mors decernebatur à reditu: quia Luna domina temporis erat supra terram, & Mars in cœli medio, & Iupiter significat iudices infensos cū esset horoscopo non coniunctus: Ex directione quia Luna erat prope Solem, qui erat cum oculo Tauri. Et idē adeò levit ille inclitus senatus regis, & quidam præposuerint esse concremandum, qui nil merebatur cum vxor palam fateretur illi, & coram matre præserit impudicam se esse, & puellam quæ nata erat, ex adultero esse conceptam: vnde iratus inueniens hoc tentauit, non ipse sed famulus. Captus fuit 17. Februario cum Luna ad oppositum Saturni peruenisset, & ipsa infelix in Scorpione, sed hoc non sufficit, licer ille locus Saturni fuerit mortis locus, nam semel eo anno Luna ad eundem locum redierat. Accesisti ergo quod initium mensis processus die 21. & hor. 8. exactis Ianuarij, cum Luna fuit in 17. parte Sagittarij in loco Martis: idē placita data est pridie, quam captus sit in mane. At de morte ha id dubium est,


Liber XII. geniturarum. 531

Tertium est quadratum Veneris & Martis. Et quia Luna est ascendentis domina in voluntario exilio, iam expletis vices suas: & quia omnes erraticae sunt supra terram, ut in nativitate mea erant, infra significant vitam priori contraria, imbecilliores ta-

& etiam morborum occultorum & longorum: & etiam incommoda in oculo sinistro, circa mores erit pertinax validè ob Saturnum dominum loci Mercurij, & præceps ac loquax ob Martis, cum Luna aspectum & stellam, ut dixi quæ Scorpis cor vocatur. Opes habebit & causa religionis etiam ali-



men quam viuente filio: cum tunc essent Iupiter, Mars, Sors, Caput Draconis in angulari. Vides etiam similitudinem genituræ, Ioannis Baptiste, cum mea magnam, & pueruli cum Ioannis Baptista: inde illius cum mea minorem, & sextilem Martis cum Sole loco trigoni in nativitate mea, & ascendens suum in quadrato mei: & Venerem in quadrato Martis, loco Lunæ in mea genitura.



Nunc vero dicamus de illius vita, quæ erat imbecillis, nam Luna est sub terra peregrina, cum radiis, infortunatum extra angulum, cum stella de natura Martis, Sors est impudica à Saturno, quod ad vitam attinet: in reliquis non est mala & significat, opes suas futuras ex anno. Et etiam impeditur, per se & quo ad vitam magis à radiis hostilibus: Mercurij etiam ascendens satis robustum ob radios Solis & Martis, Sol est vita significator, sed habet graues hostes.

Mercurium primo in annis 22. sed hoc parum, post Saturni quadratum in annis 25. ex quo forsitan redimetur pecunia, inde ob ascendens ad Mercurij oppositum in annis 27. & ob Saturni quadratum in annis 30. concludendo quod ab annis 22. ad 30. circiter, maxima pericula violentæ mortis patietur,

quid possidebit. Estque hac in parte longè felicior patris sui & filij mei: ad triginta annos, validè impeditus erit & laboriosus: postquam tamen ego interciero, si trigesimum annum superauerit, vt etiam longè mitiore fortuna. Ab aquis semper caueatur. Luna enim valde male posita est. Mulierum etiam causa magna detrimenta patietur, & pericula longè maiora, habebit caueat semper dum Luna erit in Leone vel Aquario iuxta illorum fines. Ab ira se contineat, & à loquacitate: Vxores autem concubinas habebit: eritque potens in Venere & filias multas, tum filios etiam procreabit, sed masculi maiore cum difficultate viuent. Venus artem significat, vt forsitan medicinae operam det propter Martis societatem: quod si fecerit, erit satis felix & famosus in arte, erit gratus principibus, & satis bonus socius, & veneratione dignus videbitur. Anno 1567. die 12. Octobris, Dominica hora quarta, fémè post meridiem vulnus accepit in capite ex regulari casu, usque ad os, & fuit in vita magno discrimine, fuerunt Planetæ hora revolutionis, & hora casus, Luna fuit in loco Mercurij in genesi, unde clarum est locum illum parum propitium ei futurum. Casus autem fuit cum Sol peruenit ad Martis sextilem in Occidente, & Mercurius in anni redditu ad locum proprium: & fuit maximum periculum, cum non adesset aliquid propitijs praeter Dei benignitatem. Et verum ascendens est quinta pars Leonis, vt ex hac direktione manifestum fit. In hac genesi maleficæ, suprà beneficas eleuantur, id est bene cepta saepe male terminabuntur. Saturnus eleuatus difficile dabit inuentum: Luna cum splendida cordis Scorpis dignitates, & si ad ætatem peruenit filios plures & illustres. Mars in Veneris quadrato infelices amores. Et redditus ad oppositâ loca, malus 20.33. annus, & sic deinceps, in quibus erit felix ratione bonorum, & ex causa Sacerdotij aut Sacerdotum propter Iouem cum capite Draconis.

532 Liber XII. geniturarum.


conis. Erit tamen malo ingenio ob dominium maleficarum omnium in eo loco. Verum ut dixi in huiusmodi homo dominus fui est: in aliis etiam multum potest.

	*	~~~	10.	34
	D	II	20.	0
horā Revolu-	H	mp	13.	1
tionis.	Z	mp	8.	19
	G	P	23.	10
	O	~~~	0.	43
	F	~~~	24.	23

Filij autem natu minoris genesis habet Iouem fermè in loco Veneris & Mercurij mihi Lunæ, quoque idem mihi & illi. Vbi etiam radij Iouis Sextilis: Præterea illi Mars in loco Saturni mihi, & Sol illi in loco Martis.

	*	□	28.	8
	D	~~~	26.	46
1 hora casus	H	mp	22.	30
	Z	mp	15.	17
	G	□	27.	35
	O	↑	14.	52
	F	□	11.	42

Vnde ex his mutuam dilectionem significabunt. Iupiter cum non potuissest peruenire ad 24. partem Capricorni, quia numerus annorum non patiebatur ad locum Veneris peruenit. Fuit & illi Sors sub Solis radiis, & ante illum. Sol verò illi mihi in trino Solis, & Sors fortis, & ascendens ascendentis. Cum verò vidisset hanc genesis, Nicolaus Constantius sumus Bononiensis, Astrologus



egregius dixit statim custodiendum puerum qui si superuiereret, omnes suæ gentis esset superaturus. Versari tamen in periculo, ne non esset mutus ob Saturni oppositionem cum Mercurio, sed iam Mercurius celer euaserat, itaque vix ad quintum annum mutus extitit, inde soluta lingua promptè loquitur. Sol igitur est vitæ dominus, & mirum est quod in occurso Martis non laeserit illum, sed à me id accidit, ex ira vehementi: ego tamen paulò ante ægrotau, ad mortem ex Solis, ad Martem applicatione: sed in ipsa infantia multis modis ad mortem usque conuulsus, & conflictatus est ob Lunæ quadratos radios,

qui post Solem ipsum sunt. Mars non occidit, quia sub radiis & ob trigonum Iouis, Luna in septimo loco, peregrina pericula ex aquis decernit, qua subiit bis, adeò vt esset sine spe: tum etiam violentæ mortis ex ferro à quibus etiam non absuit cauere oportet. Eadem vagabundum reddit: atque ita est ab anno 14. nunquam se continuat, sed per Italiam perpetuò peregrinatur, cumque Luna conueniat cum Saturno, Sole & Marte, erit alienus ab uxorio affectu. Pericula ex calumniis & veneno subibit: existimo tamen euasuram. Erit consilij præcipitis, inconstantisque, sed tandem in melius commutabitur: & licet nunc vt furiosus videatur, tandem tamen fiet elegans & sagacissimus, nam locis Mercurii & Luna præsumt beneficæ. Filius etiam suscipiet maximè fœminas: ob Lunam & Venerem: nam Iouis radij in locum cadunt, qui sub Sole est. Sors digna, non est vt eligatur, pro fortunâ domina cum & ipsa lateat: ob id secunda domus in qua est Iupiter, præponenda est: & tum maximè quod Iupiter est in ea. Habebit igitur diuitias hereditarias & Vxoris causa, aut amicorum donis. Ludo & inanibus experimentis eos dissipabit, & forsan etiam adficio, licet albonum videatur. Cerebri morbis multum tentabitur, sex mensibus etiam dum infans esset febre laboravit.

Præterea vt ad rem reuertas, principalem in reditu anni, quo genitus est primus filius. Venus per processum, fuit in 24. parte, & Iupiter per ingressum in 25. parte Scorpii. Anno autem quo natus est, scilicet 33. ætatis meæ. Venus fuit per processum in 24. parte Geminorum, & Iupiter per ingressum in 22. Sagittarij. Et ascendens nati inter locum ipsius genitura, & nativitatis: Et Luna fuit in reditu nativitatis, in loco Veneris, radix & in nativitate filij, Luna & Mercurius, dominus loci Solis in loco processus Veneris reditus, & opposito Iouis in reditu per ingressum.


In tertij autem filij anno generationis, Venus applicuit per processum ad 24. partem Aquarij, in coeli Medio, & per ingressum ad locum proprium in radice, & in reditu nativitatis, Venus fuit in trino loco Iouis, radius & iuxta locum processus eius in generatione. Ascendens autem fuit inter locum Iouis, in generatione & Veneris in reditu nativitatis: & Iupiter in opposito loci, Lunæ hora restitutio anni. Et quo ad directionem pro duabus primis filiis. Luna peruenit ad corpus Iouis & coeli medium ad trinum Veneris & Mercurij. In nativitate autem filij minoris Luna peruenit ad Sextilem proprium, & coeli Medium ad Sextilem Iouis. Manifestum est autem quod post ex directionibus, non est amplius spes de aliis filiis. Et quod omnibus filiis idem est dominus ascendentis, qui & longior in mea genesi, vt primis duobus Iupiter, ultimo Mercurius. Subiiciamus ergo genesis nostram, ex filio scilicet, ultimo in qua Luna est vitæ domina, & cum ea pars fortunæ, & ideb iuxta annum 20. nati, & est annus 1562. significat mutationem loci cum hono-

Liber XII. geniturarum. 533

re & utilitate ob quadratos radios Veneris, & incrementum in arte ob Mercurium Orientalem. Et Saturnus significat mihi morbum, quandam perpetuum quem patior & eo modo quo significat, sed tamen parum moleustum. Et cum ascendens peruerterit ad illius trinos radios vix evadant, quia sunt è loco malefico, & in locum illi hostilem, & concordat tempus cum aliis. Et significat amicos bonos, & plures, & vitam hilarem, & opes multis modis parant.


Quod ad reliqua attinet honores, & dignitatem nihil malè, nec bene, sed oppoſitio Saturni & Iouis diurnam contentiōnem, illam significabat, quæ cum collegio extitit: admisitus tamen sum ob ius. Nam manus profitendi à filio natu minori, decernebatur anno enim 1543. Maij 25. natus est: profiteri ergo medicinam cœpi, eodem anno Calendis Nouembris. Inde potes cognoscere genituras filiorum mutare status parentum.

Fuerunt ergo status nonem, vsque ad præsentem diem, primus ab anno 1524. mistus ex genesi patris primò, inde matri, inde mea. Secundus est ab anno 1524. sub initio Septembris, ad annum 1534. Maij, 14. mistus ex mea & materna genefi.




das iuxta tamen genituram propriam. Nam fortunæ Iupiter & Venus præficiuntur, qui salvi sunt. Sed de hoc satis modo adiiciamus genituras filiæ.

Hæc nata est cum branchocleoui magnitudine ob Venerem cum caude competitam, ut mater mea multum doloreret ob hoc, sine ullo tamen auxilio fermè totum euauanuit. Significator vitæ est ascensens aut omnino Venus, quæ debilem habent potestatem, in loco Solis & coniunctionis, & de fine ascendentis incertum est. Ut cumque sit tota res ad hæc duo referenda est. Vita fuit ob hæc incolunis, nupta est satis diuiniti viro, sed sterilis evasit, ob tam multiplicem erraticarum pugnam. Nam Iupiter est in opposito Saturni, & in quadrato Solis & Mercurij, qui sunt in quadrato eiusdem Saturni: Mars respicit Solem & Solem trigono aspeetu. Cum ergo extraxissem meam genesis ex præcedenti filiæ inueni, quod Luna illius conuenie cum nostra. Sed in figura extracta fuit fermè in angulo: Et significator vitæ fuit Mars, qui in Solis & ascendentis, & coniunctionis loco sex habuit, non eas tantum principales dignitates: cum etiam in loco Lunæ & partis fortunæ dominantur. Et ideo cum esset in nona domo, cum radiis Solis amicis solum obstabat radius quadratus Mercurij, qui post viginti annos morbum illum attulit anni 1555. febrem quadraginta dierum. Post 16. autem annos est corpus Saturni cum opposito Iouis, & res redit ad idem cum aliis: & quia Iupiter, Sors, & Luna sunt propè, valde significant incrementa bona fortunæ. Et Venus in Secunda, quia vt dixi, Sors non est potens: Secunda ergo cum salua sit, & in ea Venus dominat loci, Sors & Lunæ, ideo multa lucra denuntiat in posterum.



Sed in fine fuit interpollatus à genesi etiam vxoris, qui cœpit anno 1532. aestate media. Tertius fuit ab anno 1534. ad 1535. sub initium Nouembris mistus ex statu genesis meæ, & matri, & filiæ natu maioris & vxoris. Quartus fuit ab inicio Nouembris 1535. ad 26. Iulij 1537. mistus ex mea genefi, & filiæ natu maioris, & filiæ, & matris, & vxoris. Quintus fuit à 26. die Iulij 1537. ad 1543. Maij diem 25. mistus ex genefi meæ, & filiæ maioris, & puella & vxoris. Sextus fuit 25. Maij 1543. ad 22. Iulij 1547. mistus ex genefi meæ, & trium filiorum, & vxoris. Septimus fuit à 22. Iulij 1547. ad 21. Ianuarij 1560. mistus ex genefi meæ & trium filiorum. In hoc fuit etiam tempus, quo Brandoria natus fuit nupta filio annorum duotum, & mensium trium: & quo Diaregina etiam puella nata est, & superuixit mensibus quindecim. Octauus cœpit à 21. Ianuarij 1560 ad 9. Aprilis eiusdem anni mistus ex genefi meæ trium filiorum & nepotis. Nonus, in quo sum nunc est, mistus ex meo genefi, & pueri ultimi, & filiæ & nepotis. Non diuisi tempus leprimum, quia nuptia illæ & ortus puelle, parum mouebant statum meum, & si monerent neque præposui filiam minori natu filio, quia iam nupta est iam diu, & exiit dominum. Adcò vt nunc status meus componatur ex propria genefi & filiæ minoris & nepotis fermè. Primus fuit torus ærumnofus: secundus fuit laboriosus, & extra patriam cum summa paupertate. In tertio redij in patriam honores adeptus


adeptus sum, quietus vixi. In quarto vixi tritior, & cum periculis & pauperior. In quinto anxius, & cum multa contentione. In sexto latus admodum & ditor. In septimo



lucratus sum longè plus & quietus vixi, nisi circa finem. In octavo torus in contentione, tristitia, impensis. In nono liberior auctus honoribus & lucro, sed in contentionibus, quæ tamen paulatim cessarunt, cum ex octavo initium sortitæ sint. Extri etiam genesis reliquorum filiorum ex mea, velut præcipit Ptolemaeus, & fuit hæc communis utriusque, & tamen diversa significat, quia diuersi sunt domini: velut Mercurius est debilior Veneris, & idem puer erit longè felicior masculo. Et ita dico cùm idem Planeta plures significat filios, iuxta loca quæ respicit.


De amicis, inimicis, & familiaribus.

Tres mihi fuere amici singulares, quorum geneses subiiciam, quod perpetui fuerint. Primus temporibus calamitosis magno auxilio fuit Octauianus Scotus Modiciensis. Nec aliud conuenit, nisi quod locus Luna mihi est, locus Veneris illi: Et locus Louis illi est locus donorum mihi: Et in Al-




ciato qui mihi amicissimus fuit, & cui vim tam me debere sentio. Lunge locus illi est proximus, loco Lunæ mihi. Idem ad vnguem videbis in nona genitura Casanati. Constat modo quod innumeri plura habent loca, quæ

commutant, & tamen non fuerunt amici. Hoc ergo sufficit, quod locus amicitiae est, vt dicit ex his: & cum hoc est ex undecima, sed dices in Octauiano Scoto fuit ex duodecima potius. Dico quod Luna fuit etiam domina ascendentis mihi, sicut & Venus domina figura, cum sit domina loci luminarium ascendentis sortis proprii loci, & loci Louis & Mercurij, & medij cœli. Ideo utiles & amicos ex hoc cognoscis. Locus autem undecimus erat aridus, ideo paucos significauit amicos. Sed neque inimicos ullos præcipios, nisi eos, qui filium persecuti sunt. Amici autem ex natura Solis, vel par-



tis Fortunæ porpter locum & Martis asperatum, & ex Aquario ob Saturnum parum fidi erunt. Ex Tauro credo habuisse & probos, sed cum ad dignitatem, & opes nihil prodeffent, non curauit ut haberem genitum. Amici etiam amicorum multum iuvantur. Velut Cardinalis Alciatus est mihi iunctus per Lunam, alius modo habebit sortem suam ab initio Aquarij, is causa sua fauebit mihi, ac si amicus esset.



Expertus etiam sum, quod locus oppositus, scilicet, pars 12. Virginis amicos bonos & utiles mihi edidit, exemplum habes in quatuor primis genituriis propositis, sed familiares paucos habui bonos aut fidios, & hoc quia Luna, quæ erat in duodecima radiis quadratis à Marte pulsatur, idem significat violentes, petulantes, stultos, rapaces,

ces, inconstantes, ac libidinosos, & loquaces, optimi ex Leone causam habebis insta.

De itineribus.

Itinerum necessariorum non est, ut reddam rationem, solum duorum, quae feci vnius, scilicet quod peregi anno 51. quo iui

Directiones.	Processus.	Ingressus.
Cæl.med.	X 7.26	X 18.15
Ascen.	Θ 4. 0	Θ 6.10
Sors	↑ 19. 0	↑ 7.15
Sol	↑ 21. 0	↑ 10.37
Luna	Σ 26. 0	Σ 11.42
Processus	Cæl.med. Ρ 18.15	
Menitirus	Ascen. Θ 6.10	
	Sors Σ 8.15	
	Sol Σ 10.37	X 14.4
	Luna X 11.42	X 0.9

in Scotiam, & fuerunt in anni redditu antequam item, id est, anno 1551. hoc modo loca principalia. In hac vide hoc admirabile quod quinque locorum principalium directiones cum processibus concordant, permani ergo extra patriam diebus 335. & invisi Germaniam utramque Rhetiam, Galiam & Angliam, vocatus a Principe Amulthon ad curam, ut antea dixi. In hora quoque recessus, processus, & ingressus fuerunt, quales vides primi quidem, quales a nativitate hoc indicabant, & ingressus conformes promissis, nam Sol superauerat locum Lunæ, & Luna erat rursus iuxta locum processus. Accessit huic mirabili consensu aliud non minus, quod eodem anno cœli medium Archiepiscopi Amulthonis pertinet ad octauam partem Piscium locum Lunæ, mihi & Iouis illi & oppositum Lunæ suæ: de qua re iam verba feci dum de amicis agerem: Et scias quod locus Mercurij forsan est alius; quoniam genesis non est suppunctata iuxta tabulas Copernici, sed aliorum: forsan enim fuit in 21. parte Librae, non enim potest esse procul a Veneri.

Secundum iter fuit cum exi è patria non amplius reuersurus, tunc Iupiter peruenit ad 12. partem Θ, ubi erat Lunæ trigonus, & propè quadratum Solis. Et Venus dominia genitura cum Mercurio ad triplum Tauri in 4. parte Capricorni, & ascendens per processum peruenit ad 7. partem Geminorum, ubi erant radij Lunæ quadrati, & Mars peregrinus, & Sol in opposto suæ altitudinis, & Iupiter peregrinus in ascidente, & peruenit ad 4. Cancri. Ut ipse fuerit dominus negoti, nam cum Planeta est peregrinus in ascidente inclinat natum ut exeat patriam. Et si sit fortuna, & perueniat ad locum in quo potestarem habeat, haec comutatio felix est: si contra damnosa.

Ex hac patet quod qualibet genitura habet locos quosdam peculiares, in quibus congregantur plura, quae faciunt ad unum effectum: velut pro itineribus a quarta parte Cancri duodecimam sunt radij trigoni Lunæ & eius dominium, sextilis Iouis

& eius dominium quadratique Solis, & peculiariter in nona Saturni obediens locus. Et ita à quarta ad duodecimam Capricorni pro diuiciis & lucris, & à quarta parte Piscium ad duodecimam pro amicitia, & quarta parte Virginis ad duodecimam pro luxu. Et hoc quia octava pars virilique signi concordat cum loco Veneris & Mercurij: & in illas cadunt Lunæ lumen, & Martis, & Iouis trigoni erat sextilis. Et in Leone & Aquario pro dignitatibus iuxta partem utrumque à Sole & Marte, & iuxta vigesimam à Venere, Mercurio & Saturno. Et hac parvam vim habent, nisi enim directiones eorundum Planetarum, qui ad ea loca radios mittunt eos peruenient. Et hanc credo fuisse causam partium, quas Arabes sequerantur, velut in exemplo videbant quod ex ingressu Iouis ad initium Canceris sequutum est iter: & statuebant Canceris initium partem itineris, & considerabant, quod Canceris initium distat ab ascendentे gradibus circa 54. querebant ergo quis Planeta à Plana tantum distet, & innueniebant quod Iupiter distat à Luna partibus 52. statuebant ergo regulam vanam: pars itineris est ut summas distantiam Iouis, vel domini loci Lunæ, à Luna & eam addas ascendentē: cum tamen hoc solum verum sit cum domini loci Lunæ, & itineris ibi cum Luna radios proiecērint; & locus principalis ex sex, aut dominus loci & rei significata eo tempore, non alio ad locum illum peruenient: Et ita dico de vita, id est hos locos collisiones seu consensus & principales appellamus, & plerunque sunt geminati hi loci in quatis causa ipsi scilicet & sui oppositi.

De Morte.

Mors erit dum 24. Canceris occurret ascendi, ubi sunt radij quadrati Veneris & Mercurij sine auxilio, & hoc contingit in annis 72. mensib. 2. diebus 12. & efficit anno 1573. die 5. Decemb. Quoniam alia ratione non extendatur ultra 23. Iulij anni 1571. nam tum ascendentis processus peruenit ad locum Lunæ infelicem, & in reditu anni Luna ad 24. Capricorni anaret: ibi enim sunt radij sinistri Veneris, Mercurij que. Constat etiam de mense: nam secunda Iulij peruenit, ascendens ad Capricornum: Et ex tertia parte 24. per dominationem iterum ad Arietem in diebus 21. & ita terminabitur in 23. Et verisimile est quod initium ducet, & morbi apti vigoris ipsa secunda, vel tertia die mensis. Quoniam erit morbus longus frigidus ob Saturni radios, quibus Venus cum Mercurio est imbuta: & varius erit ac multis ex causis ob Venerem cum Mercurio, cum ipse Mercurius solus faciat morbos compositos, tum quia multiplices habet mutationes: tum quia motus eius sunt valde anomali & celeres, & de hoc dixi etiam in tertio Paralipomenon iuxta Fati rationem.

Temporum

536 Liber XII. geniturarum.

Temporum divisi.

De hoc superius actum est , cum anno 51. ascendens ad Iouis radios peruenisset Luna ad Ionem , & vtrumque ad sextilem & aetas perfecta authoritate potens , nec vicibus defecta & Mars in Solis radiis trigonis , qui medijs cœli & temporis dominus erat per radios Lunæ quadratos felicitatem ex principiis itineris causa significauit. Et si iter non suscepisse impedimenta à vilibus personis subsecuta fuissent. Ille tamen annus ob causas dietas si Mars non sit in felix , vel 39. eadem ratione si Sol quibusdam 63. aut 61. si Jupiter magnas felicites adducere solet.

Exemplum examinis unius anni.

Melius est vt eligamus præteritum quām futurum,quia non cooptamus ostentationem, sed vtilitati legentium consulumus : Nemo autem melius prædicet futura , quām narrabit præterita : & accipiamus euidentissimum, & idē annum illum in quo facta est commutatio vitæ tota , & extra patriam viuere decreni , exiens ex illa bis , ergo eodem anno elatus sum ad munus legendi : primo cum stipendio 521. coronatorum , inde 700. factusque Bononiensis ciuis , & immunitas data. Ergo exi figuram anni 62. iuxta Ptolemæum , & fuit ascendens Gemini & eius

dominus Mercurius in domo & altitudine sua , & in oceano matutino idē apparebat. Fuit ergo validus & significauit sanitatem corporis non obstante ætate afflictionibus itinere diurno per aquam , mutatione regio- nis , & quod maius est morbis vagabundis per toram Italianam , ex quo innumeri absump- ti sunt eo anno. Et similiter inspexi domi- num decimi loci , qui fuit Saturnus cum Mercurio , & fuit cadens. Idē significauit deiectionem in arte , & ita omnes me fugie- bant. Postmodum conuersus ad directiones, inueni quod ascendens peruenit ad trigonum radium Lunæ & quadratum Solis , & signifi- cat iter causa honoris. Iupiter ergo qui erat in ascidente , peruenit per directio- nem , & ingressum in locum itinerum sub triuno Lunæ , quadrato Solis , & proprio sex- tili , & significauit mutationem certam pa- tria cum honore, dignitate & lucro , quæ à genitura per se sumpta non poterant intelli- gi : Et similiter Veneris & Mercurij directio, quia Venus est domina loci Solis, & Sol infir- mus , & cadens peruenit ad locum fortunatum dignitatum , vbi pariter sunt radij iidem , sed locus est supra terram , quia dignitates sunt nobiliores itineribus , & res magis conspicuæ : & secum fuit Mercurius dominus secundi lo- ci , & locus dinitiarum est oppositus pariter lo- co Lunæ in his , in quibus Lunæ amicos sig- nificat , & quibus solent ab amicis dinitiæ &

Anni 1562. Reditus.

Pr. D V 11. 42	II 6. 10 D II 7	D ♀ ♀ ♀ 10 D * ♀ 2 D * ♀ 50	□ II 12 △ ♀ 4 ad 12 L O H □ 69. 24 V. Im. △ ♀ 11. 22 A △ ♀ 22 * 12
24 4. 42 D. Alc. 12 69 II 18. 30	II 6. 10 D II 7	D Infelix △ Felix △ Felix dimidio , quia Dir. non perue. D Infelix dimidio , quia Dir. non perue. D. Directio Pr. Processus L Loens L Lucri. O. Opum. H Honorum. I Itinerum. VVi- tae. A Artis. Ac Actionum. In Impedimentum.	□ Infelix △ Felix △ Felix dimidio , quia Dir. non perue. D Infelix dimidio , quia Dir. non perue. D. Directio Pr. Processus L Loens L Lucri. O. Opum. H Honorum. I Itinerum. VVi- tae. A Artis. Ac Actionum. In Impedimentum.
		Pr. * 10. 37 Pr. * 7. 15	Q 14. 22 Pr. * 10. 37 w Pr. * 7. 15
		♀ mg 25. 28	Q 14. 22 Pr. * 10. 37 w Pr. * 7. 15
		Q 25. 28	Q 14. 22 Pr. * 10. 37 w Pr. * 7. 15
		Q 25. 28	Q 14. 22 Pr. * 10. 37 w Pr. * 7. 15
		Q 25. 28	Q 14. 22 Pr. * 10. 37 w Pr. * 7. 15

munera tradi : Et Luna similiter fuit supra terram , nobiliores enim sunt amici dinitiis. Et etiam quia Luna significabat causam, locus enim oppositus nihil est.nisi propter astrum,

igitur locus Lunæ significat amicos , qui dant dinitias , aut si sint infra terram significabit amicos , qui dinitiis comparati sunt , aut com- parabuntur. Idē pro præsenti non significant lucrum,

lucrum, sed iactoram: quia pars fortunæ peruenit ad fines infortuniarum, & ita nihil lucratus sum, aut minus quam vñquam alias illo anno, sed de iam partis multum addidi. Et etiam in posterum non est bona pro lucro. Magistratus qui fortunas præstant, sunt cum Sol ipse, vel dominus loci eotius radiis cum Ioue. In hac vero est stipendium, quia Mercurius fuit dominus secunda domus, & trigo-ni partis fortunæ princi palis. Proponam ergo tempora euentuum insignitorum. Ergo unum dum directio domini honoris esset ad locum iam honoribus definitum, significabatur honoris certa possestio, quam adiuuit, vt tumque Sol ad trigonum Iouis, sed de mensa dico quod cum fortunata loca es-sent sub primis triginta gradibus, ergo prima conuentio fuit intra primos 28. dies cum

Missio senatus Med. 8. Octob. 1562.

Electio prima Bon. 14. Septemb.

Electio secunda 9. Octob.

Commentio 15. Octob. 1562.

Electio tertia 3. April. 1563.

horis dnabns. Et quia domini horum locorum erat Iupiter & Luna, idem secunda elec-tio Bononiensem & missio à senatu Mediolanensi fuerunt in eadem die cum Luna fuit in quinta parte Piscium in trigono Iouis: Et manifestum est quod perfectio dierum peruenit ad Sagittarium in cuius fine est initium Capricorni loci fortunati, sed conventionis die Luna fuit in opposito Veneris, & in Geminis signo mensis, & perfectio diurna dic-rum peruenierat ad sextam partem Piscium: fuit enim vesperi, & Iupiter raflexit locum trigono, sed in tercia electione, cum fuerit facta 191. die, palam est quod in septimo mense: & fuit ascendens sexta pars Sagitta-rij, in quo includebatur quarta pars Capri-corni locus fortunatus, cuius initium est 11. dies Martij versus & ad idem: Luna tunc fuit in 26. parte Leonis, & à principio redi-tus anni, & hoc est, quia locus ille etiam est fortunatus, vt etiam oppositos ob radios Sa-turni, Venetijs, & Mercurij. Item decima Leonis & Aquarij, sed sunt imbecilliores licet amici, quia Planetae qui respiciunt, sunt omnes in cadentibus locis, & parum validi, & etiam quia sunt vacui à directionibus, & ad solos superiores deuenit medium cœli, sed in immensa. Locus autem Lunæ fuit agens & patiens, sed neque ad illum poterat peruenire quicquam. Soli ergo loci reliqui tres validi sunt, cum ad eos, qui in Leone sunt nullus Planeta per directionem feratur, sed solum per ingressus: ostensum est autem quod vali-di loci sunt, in quos radij & directiones, & ingressus eorundem Planitarum conueniant, vt etiam in genesi Ioan. Baptista filii nostri, declarauimus. Adiunxit etiam hoc decretum, Iupiter dominus temporum, scilicet à 56. an-no ad 68. adeò vt ad syndromen perfectam concurrent quinque aspectus multorum Pla-netarum, in unum locum, directione alicuius eorum. illo tempore: ingressus eorundem in locum illum progressus ascendentis, aut loci principalis pertinentis ad illam causam, &

quod Planeta ille sit dominus illius temporis, & in aliquibus antiquitatibus tres causa, ex his plus purant, quām quinque & aliquando duæ causa, producunt effectum sed ratio una sola non potest, nisi in generali constitutione: ve-lut pestilentia & in submersione nauis. Tunc enim ille se morti tradit. Ideo in talibus non errat Astrologia, sed videatur errare. Habet enim causam itineris, tunc & licet non ha-beat syndromen, habet tamen unam causam vel in genesi, vel in directione, vel in reditu. vel in divisione, vel processu mortis. Et si non habet non morietur, sed evadet intra paucos, vel etiam solus. Et præcipue si ha-beat contrarium signum, in uno ex quinque, & beneficium in octaua. Idem à 41. anno ad 56. & à 68. ingredi in nauim est periculorum quia iam natus subiicit maleficæ per diuisi-onem temporum, sed secus ab una causa sola quantumvis efficaci, homo non potest con-sequi effectum, aliter sequeretur in ipso ortu, quoniam cum eit validissima: ergo non po-test differri effectus, idem essent, & non es-sent. Et hoc accidit solum in his qui mortui nascuntur. Ex hoc etiam sequitur, quod qui habent Planetas in paribus gradibus signo-rum, etiam si non se aspiciant magnos eu-en-tus experientur, & maximè si diu vixerint, nam habent causam syndromes, præcipuum & rariorem iam paratam. Vnde vel brevi, vel saltem post tempus in illam incidunt. Di-rexi etiam Planetas ad locum fortunatum in Leonem, vt videre, an aliquid possent. Et Marti quidem ac Saturno obstat, quod non sunt luminaria, nec præfecti principaliū: Soli autem & Veneri ac Mercurio, quod di-rectio est contra ordinem signorum. Locus ergo cancri fuit bonus, quia extendit à 4. parte, ad 12. & seruit atati media. Omnes tamen loci fortunati maximè 22. pars Leonis seruunt ingressibus & processibus, non tamper se efficere possent magnam rem, quia carent secunda conditione, & etiam quia duo loci ex Leone sunt sub terra. Reliquum est solum cum omnia plana sint, vt tacite inter rogationi respondeant, & est quod dices ubi mors filij in tua genesi. Respondeo quod si gnificator fuit Iupiter, & cum peruenierit ad Martem in quadrato Lunæ interficit, quia non erat idem ille & mihi: Iupiter enim est auxiliator ascendentis, & in illo est principaliis. Et publicam ob luminaria, & illi non mihi, quia Mars aduersatur Ioni, cum sint vicissim in opposito domorum unus alterius, non autem ascendentis, cui tamen amicum non est. Et tunc Luna mihi domina loci in reditu anni, fuit in opposito Martis, qui erat in Capricorno, & ipsa in cancer, & Iupiter in Piscibus, & idem ex dictis mihi significauit redditum ad munus profundi, quod omi-seram per octo annos, & illi mortem violen-tam.

Liber XII. geniturarum.

Consideratio reuolutionis anni 64. pro dinitiis.

Anni 1564. Reditus.

In eo anno Iupiter peruenit ad initium
Virginis & constat quod locus bona fortunæ
est, Par. 6. min. 57. ^m nam ibi est æqualitas,
Veneris & Mercurij, & oppositum Lunæ, &
trigoni radij Louis. Et hoc tarione artis, vt di-
xi, & Venus, & Mercurius redierunt, ad locum
natiuitatis. Et vocatus fui Mutinam ad
Illusterrimum Cardinalem Moronum, in fe-
sto B. Laurentij, quia Iupiter & Venus cum
primum ambo in Virgine fuerunt: Calen-
dis Septembbris munus accepi. Erant autem
sydera tunc sic collocata, liquec igitur locum
lucis ex arte, vt dixi, non esse locum fortu-
næ, sed maximè validum in significatori-
bus, artis & auxilio luminaris temporis,
est enim locus Mercurij & sub trigono Lunæ

Fuit ergo revolutio, in qua ingressus & processus, atque directiones fuerint, vt videt, nam successus fuit non contemnendus propter honorem maximè. Vide animaduertendum quod locus processus fuit, idem cum loco directionis: Non adieci loca felicia, neque infelicia, quia cum non mutentur, habes in praecedente figura. Sunt igitur loca principalia obseruanda viginti duo, è quibus sunt quatuor anguli: Numerus autem locorum principialium est in hac figura, undecim & in aliis maior aut minor. Principium autem honoris & lucis fuit, ex directiōribus quæ pertinuerunt ad locum felicem, ex divisione nonæ domus, quæ significat Sacerdotes & trigonum Iouis sextilem Lunæ, & ter auricularem ac medium, adeo vt hi dīgi extendi non queant, sed & brachium totum per annum non poterat flecti absque dolore, & remansit imbecillus semper. Non interfecit, quia loco Luna præfuit Mars & Luna concordes, & dominabantur beneficis multum, & maximè Venus horoscopi domina, & ex hoc patet quod seu significator feratur ad promissorem, seu contrario modo, quod locus significatoris manet: vt in exemplo pars duodecima Pisces, non autem duodecima Geminorum, nam non euasissim si facta fuisset commutatio, aut Geminorum locus mansisset: Ergo promissor fertur ad significatorem per ascensiones signorum non figura.

* my 11.22. ♀ my 15.59. ♀ my 11.9
♂ my 7.0 ♂ my 12.32
♀ my 23.30 ♀ my 20.2

quadratum Solis, simul cum reditu eorundem per processum, in eadem loca ut dixi. Et quoniam cceli medium per processum peruenit ad locum directionis adiuuit hoc. Et etiam aliquid facit ad hoc Venus & Mercurius qui redierunt ad locum nativitatis. Conferunt enim in hoc quod respiciunt trigono locum bona fortunæ. Postea aspexi Lunam quæ processu & directione perueniebat ad locum Martis & significabat mortem violentam, eadem ratione & enas, sed exiliens ex carpento currente, fregi digitu annularè dextræ manus, & læsi graviiter auricularem ac medium, adeò ut hodi extendi non queant, sed & brachium totum per annum non poterat flecti absque dolore, & remansit imbecillus semper. Non interfecit, quia loco Luna pefuit Mars & Luna concordes, & dominabantur beneficæ multum, & maximè Venus horoscopi domina, & ex hoc patet quod seu significator feratur ad promissorem, seu contrario modo, quod locus significatoris maneat: vt in exemplo pars duodecima Piscium, non autem duodecima Geminorum, nam non euasissim si facta fuisset commutatio, aut Geminorum locus mansisset: Ergo promissor fertur ad significatorem per ascensiones signorum non signa.

Anni 1567. Reditus.


Pr. D	11.41	Q	G	De Acten.	D	27.40	II
N	20 22	ay	17		D	14	
*	10.37.	Ω					
Ω	11.48.	Ω					
Ω	25. 0						
ay	6.10				Ω	6. 10	
Y	11.42.	W		Manifestum est, quod hæc figura est natalitiae contraria, idèo bona in ad- versis , mala in secundis.	Pr. *	10. 37	V
Ω	26.40.				Pr.	7. 15	
D		4			1. D	11.42	
D		7			D	Cœ.M.	X
D		13					
		P					
			ay				
			18. 15				

Liber XII. geniturarum. 539

Post hæc inspexi aliorum annorum succedentium figuras, & non inveni aliquid notatum dignum, nisi in anno 1569. verum quia nunc agitur initium 1568. addidi figuram anni huius scilicet 1567. & succendentis, & post annum 1569. nihil est noui insigne, etiam si non esset adeo senex. Ergo redditus presentis figurae est huiusmodi, inueni ergo Lunæ ingressum

propinquum Saturni loco, in natuitate & directione adhuc Marti propinquam, & Lunæ iterum processum propè Saturni ingressum, & Saturnus respicit Lunam quadrato radio. Et hæc significat micerorem, & morbum longum, ac prauam dispositionem, & hucusque tamen cum sit mensis Februarij, nihil tale expertus sum, nisi ob vulnus nepotis.

Anni 1568. Reditus.



In anno autem 1568. inchoante, cum hæc sit figura, non inuenio aliquid noni, neque enim aduentus Saturni ad locum Solis multum facit, tum quia locus Solis non est principalis, tum quia Saturnus est robustus, & in sua dignitate, & est corpus, & non est promissor: Lunæ quoque directio multò plus nocet & si esset ad oppositum Martis, in natuitate, quam quod sit in loco illius. Quia tamen est in septimo loco, & inter corpora maleficorum totum, hoc tempus medium mille periculis, & incommodis obnoxium, erit tamen minus hoc ipso, quam ceteris annis sequentibus, propter Iouem in ascenciente. Et scias quod directio durat, per longum tempus & intētum expectant processus & ingressus quolibet anno, mense, die, hora, momento, & difficile est evadere, quin homo incidat in laqueum, in puncto tamen ipso esset efficacissima, vt si aliquid conueniat, quicquid expectari potest sequatur. Adeo vero in hac exquisita directione confisi sunt, vt Paridem Cererarium palam sit, ea contentum fuisse. I. Maria Ferrarensis viuis processibus etiam tribuisse mortem comitis Iacobii Picinini ad horam definierit, quod sola directione facere non licet, vexabor tamen eo anno podagra & tristitia.

Circa hæc ergo nota, quod in euentibus primus locus debetur promissori, qui fuerit significatori configuratus iuxta naturam significati: vt trigono in iuando, oppositione in nocendo, vt mihi Mars cum Luna ad casus. Aduertendum quod licet Lunæ radij occupent

Tom. V.

duodecim gradus, non tamen Saturnus dicitur configuratus Lunæ, neque Luna sub radiis Saturni, quia ipsius lumen non extendit ultra decem partes, sed tamen Luna dicitur Saturno configurata & Saturnus sub radiis Lunæ. Et ideo potest esse ista communatio, & non vicissim, & hoc multum refert, sed & si promissor ad nocendum sit, plus potest oppositio quam corpus aut quadratum eius, illa vero ferme paria sunt inter se: In iuando autem corpus & trigonus plus possunt Sextili: inter se autem penè paria sunt luminaria, tamen corpore plus iuuant, ant nocent quam radio. Ita tamen vt Solis corpus impediatur reliquos Planetas, sed locorum vim valde adaugent. Qui etiam iuuat, plus iuuat cum significatori loco, & ab initio & cum praefest: qui nocet cum horum praefest, & cum contrariae nostræ fuerit. Iuuant etiam plus Mondo elati at in sublimibus locis; & in angulis, & in apice suorum parvorum circulorum, cum enim velocissime mouentur, & sunt prope Solem: contra minus & cum retrogradiuntur, & tunc superiores sunt prope Solis oppositum, & cum fuerit prope eccentricorum apogeos, quos hic à latere vides; contra minus humiles atque deiecti tam in bonis, quam in malis, sed & beneficia, vt semper benefaciunt, & maleficæ male, Saturnus tamen plus obest virtutib⁹ & honoribus, Mars opibus & inimicitie. Ita Iupiter plus prodest, opibus ac potentia, atque honoribus. Venus virtute voluptatibus, filiorum procreationi, Saturnus plus illis obest, Mars deteriores Saturno,

Z z 2

Iupiter

Iupiter meliores Venere Anæretæ, præterea & in quavis causa, qui detrimenta maximè affert, tribus simplicibus modis fit, atque

Apogeæ Planetarym.

Sol. & ven.	⊕	1.41
Saturni.	▲	13.39
Iouis	■	23.53
Martis	○	15.28
Mercurij	□	0.55

Luna cum est in coniunctione, vel oppositione Solis, & cum autem est in quadrato, est in perigeo.

in omnibus exigunt, vt sit potens, & quod nullam in promissoribus loco obtineat potestatem. Primus vt sit malefica: Secundus vt sit medius natura, sed radio hostili, seu perse, seu ratione ascensionis æquinoctij alpicat locum significatoris: Cum enim directione ad alias radios hostiles deuenerit, seu hostilibus æquivalentes, aut corpore ipso occidit: vt si ex opposito ad quadratum, aut ex quadrato ad oppositum aut corpus peruenierit. Tertiū modus cum medius etiam natura domina fuerit, loci oppositi significatoris, aut loci quadrati, qui utraque ratione discordet, velut Cancer ab Ariete: Gemini à Virgine. Adiuuus autem hæc præcipue in aliis causis, & ad impediendum, contraria natura: vt Solis & Saturni, Lunæ & Martis, Veneris & Mercurij: nam quando Venus sicissima est, & Mercurius cum humidiſſimus, cum utique est temperatus: Iupiter autem cum sit temperatus omnibus, & nullo contrarius est. Inde dignosces cum similes fuerint, aut maximè contrarij. Vnde quatuor ex his composito modi enadunt. Si vero duo altrini simplices modi in annum confenserint, etiam benefica evader malefica. Vt si Sol sit in initio Virginis, Jupiter in initio Pisculum, vbi per dilcensiones locis

Solis conuersa ratione ad Geminorum initium peruenierit, fuerit Aphæta Solis locus damnabitur à Iudicibus peena capitali: Directione autem conuersa fit, vclat in Ptolomæi exemplo, si initium Arietis, quod est in octaua duxit ad medium cœli, quod est 18. pars Tauri per ascensiones ipsius Medij cœli, id est, rectas, consurgent enim partes 45. non autem 51. vt in directa descendente, quæ proponitur à Ptolomæo. Quæres ergo circulum positionis promissoris vice circuli positionis loci significatoris. Plus præterea potest directio processu, & cum eo quam ingressus: ingressus per se progressu potentior est. Et vt in processu significator veniat ad locum promissoris, scilicet vbi tunc etiam fuerit, & ab initio quam contrario modo. Velut directio Solis peruenit ad decimam partem Capricorni in succidente reditu, vbi sunt radij eius, quadrati & Lunæ Sextiles & Iouis trigesimi, (& non est hoc vt in vita, quadratus enim locus significatoris, destruit significatorem, in honoribus autem & opibus non est idem) cum ergo processus peruenit loci Solis, & est principalis ob gradum sicut in anno 1562. Iouis, cum esset in quarta parte Capricorni aut Lunæ, & est secundus ob propinquitatem ad illius radios, trigonos ac dominium, aut Iouis qui est tertio loco, sed est duplicatus, nam processu & corpore redit ad idem, tunc contingit quod expectabatur maximè, quia vt vires Sol & Luna reditu respiciunt locum. Et significant impedimentum durum ob Saturnum. Sed vt dixi est dominus loci directio, & ob hoc minus nocet, & est sub radiis Solis totus, idèo is qui impedit conabitur, erit torus in potestate eius qui fauebit negotio.

Et propter hoc in præsenti reditu, anni 1569. & erit annus meus 69. & in anno 1570. complebitur quicquid à me erit in tota vita deinceps expectandum. Dico ergo quod vbi reditus & processus, peruenient

Anni 1569. Reditus.

Pr. ♀	II. 41.	24 ♀ 5.7.	D. Ascen. ⊕ 20.
⊕ 6.10.			⊕ 6.10.
D * 7			Pr. ♀ 23
D * 10		P	D 16
D ♀ 17			Pr. * 10.37
			Pr. * 7.25
		I. 18.15	D. Cœ.M. X 27
		X 11.4	D. 3.10


ad Solem, vel Iouem, vel Lunam, qui sunt significatores, & fuisset conuersum, parum, aut nihil profecissent, sicut vides, de Sole cum partem fortunæ, qui perueniunt ad lo-

cum Martis & infortunij minoris locum, quosiam non conueniunt, & est solus processus, idèo erit aliqua iactura in re, sed non magna eo anno, sic autem multum possumus.

sunt. Prodest autem quod Mars minimè locum aspiciat impeditorum, aut saltē motus turbas, cum sic futura sit conditio, quasi sponte se offerens, & silentio adueniens, specie splendidior praesenti, sed re longe minus quies, & forsitan utilis, sed ut ad rem redeam minus, validum est, cum, ut dixi, promissores peruererint quous modo ad significatores, ut si Mars ad Geminos, Iupiter ad Taurum, multo minus, ac fermè nihil, ut cum quarta pars Capricorni per directionem aut processum, ad locum Iouis aut Solis, aut Luna deuenerit. Cum autem cogitassem, vidi quod est de genere redditus anni 1564. Et etiam quia est in nona.

De quodam Fortuito.

Fuerat revolutione anni 1553. quam salubre futuram scripsoram. Accedit tamen hoc inexpectatum, ut hora in figura descripta, ilium sinistrum vehementer doluerit, fluxit venter ad secundam noctis horam à



quarta ad 14. dormiui: cessavit ilij dolor, sed voluntas egerendi & meiendi perpetuo, qualis in tenetissimo superuenit: adeo ut ab hora 13. ad 22. meierim supra 80. vrinæ vneias, in ceterum fermè vicibus sine virginæ villa. Causa ex astris huius symptomatis fuit Luna opposita Soli & eterque in Saturni quadrato, quod erat in loco Lunæ, sicut Luna in loco Martis radiis: ideo fecit dolores, postmodum ut elongata est à loco ibit ad locum Saturni radicis, & oppositum Martis, & quadratum Iouis infelicitis, est enim in Virgine, sed cum peruenit ad locum Saturni, factus est tenefus ille maximus. Et hæc ex ingressu. Ex profectionibus autem ea die peruenit, ascendens ad initium Scorpij, & Luna ad suum oppositum ubi cadunt radij quadrati Martis, & fuit ascendens redditus anni, & id est quantum ad vitam non est valde bonum. Ergo causæ lumen morbi fuerunt septem: Prima ingressus profectionis ascendentis in locum malum. Secunda profectionis loci Lunæ in locum profectionis ascendentis anni oppositum fibi & quadratum Martis, & hæc ambo in eadem die cum oppositione luminarum, ut iuxta regulas Ptolemæi non produceretur effectus. Tertia oppositio Lunæ in loco Martis in genitura. Quarta aspectus Lunæ quadratus.

Tom. V.

cum Saturno, & Saturnus erat in loco Lunæ genitura. Quinta Lunæ defluxus ad locum Saturni radicis. Sexta oppositio Martis ibi. Et septima quadratum Iouis infelicitis cum Marte & Luna. Et ita evenit ad vnguem sicut speravi & timui, nam dñe 21. in meridie cum Luna fuit iuxta locum Saturni geniturae pessimè me habui, sub occaſu Solis & usque ad tertium horam noctis meliusculè ob trigonum Veneris, post usque ad octauam horam noctis cum Luna pergeret ad Martem & Iouem, adeo pessime, ut si ad solum morbum respxisse desperasse de salute: post dormiui: hora 14. euasi à morbo cum Luna exisset signum Geminorum. Causæ vero inferiores etiam simili conuenierunt: nam pro morbo fuit molestia quædam parua animi, deambulatio à cibo, frigus pedum, assumptio oxytñellis scilitici, quæ pituitam acidam ad locum præcipitauit, usus copiosus ciborum crudorum & salis. Et hæc si non præcessissent, ægrotasse, sed non tam vehementer. Ex causis autem salutis fuit abstinentia à cibo ab hora 19. diei 20. ad tertiam noctis 21. & à 3. noctis 21. ad 2. noctis 22. Cibus etiam bonus. Die 21. sumpsi 32. refinae laricis septies lotæ cum vino albo dulci, die 22. feci frictiones validas in cruribus, & applicui hirundines ambobus pedibus. Cumque Iupiter exeat signum Virginis & Mars Sagittarii, significant serenitatem, quam Deo dante 23 die adeptus sum.

GENESIS IX.

*Gulielmi Casanati Besuntini
Medici.*


Nihil non nisi magnificum & mirabile hic me adiecurum sum pollicitus, quod ad exemplum attineret. Quæfisse enim amicitiam nostram hominem tam procul patria nostra natum, non cognitum alias nobis, sed solo virtutis amore res insignis exempli est in hac labore temporum. Inde ex Burgundia in Scotiam traiectisse, habitatseque ibi ubi paucissimi aduenæ habitant, ratum. Domini quoque ac ferui res aliter se habere hoc ex-

Motus	Latitudines
Sol	Vel.
Luna	Velociss.
Saturn.	Medioc.
Iupiter	Velociss.
Mars	Vel.
Venus	Vel.
Mercur.	Vel.
	In Cauda
M	M
A	D
4	0
47	5
S	S
D	D
1	1
2	2
2	2
49	4

emplo demonstrabo, quam amicorum interesse. Deinde si eruditionem, promptitudinem liberalitatem inspicias, non est vulgaris hæc genitura. Aulicus totus, ac quasi in ipsa aula natus. Solus etiam cum forore è sex tribus supereft.

De Parentibus.

Saturnus est in angulo inni cœli recipiens Solem & in domo sua, cui Luna sextili applicat, Sol in ascendentे cum Ioue, ideo



tri longam vitam decernit. Cumque Sol sit cum famulitio multo, sed occidentali, ipse erit quinti status à nativitate filij, sicutque Luna respicit Venerem, sed Venus ab angulo cadit, Luna succedit, ideo etiam matri longa vita, sed tamen brevior, quam patri decernitur. Luna etiam est in suo trigono & à Venere recepta & in trigono Mercurij.

De fratribus & sororibus.

Luna & cœli medium significant multos fratres & sorores, cum sint in signis fœcundissimis, Cancro, Piscibusque. Ambo hæc loca damnat Saturnus excipiens Lunam venientem ex Capricorno & cœli Medium oppositis radiis pulsans atque hostilibus. Saturnus enim Cancro aduerfatur: Sol quoque cœli Medium quadratis radiis respicit, Iupiter sub radiis nullum masculinum superfuturum, nec femininum, nisi unum, quæ à Veneri decernitur, cuius radij triongi cadunt in septimam Leonis partem, ideo erit virago. Lunæ enim radij oppositi nimis procul à cœli Medio cadunt, & à Saturni & Mercurij radiis impediuntur.

De sexu.

Sighum ascendens & Sol, & dominus loci ascendentis & errores in ascendentē omnes masculi.

De numero.

Omnes significatores sunt in signo unius corporis præter Lunam, & sine commixtione, ideo unum significant: Et sine mola ac talibus.

De perfectione forme.

Sol est cum benefica in ascendentē, nec malefica succedit, sed præternat radij, ideo ratione erit vlla ex parte monstrosus. Sed sine macula,

De nutritione.

Mars succedit Soli & Saturnus radiis quadratis vexat ascendentis ideo significat impedimenta in vita dum infans fuit. Euasit tamen quia Sol est cum benefica in ipso horoscopo.

De genitura vera.

Si ponatur Saturnus in angulo ascendet 12. Libræ pars. Si vero 16. Libræ videbitur genesis naturalis. Nam Saturnus carpentum habet in loco coniunctionis luminarum. Sed hoc solæ directiones & euentus rerum distinguere possunt.

De vita.

Sol absque dubio Apheta est. Significat vitam robustam cum sit in centro horoscopi, cum sit in centro horoscopi, & cum benefica. Propter casum autem & Libræ qualitates, & Iouis exustionem significat morbos cutis, & ex astutione procedentes. Sunt autem lepra, scabies, gallicus morbus, & tales. Mars quoque succedens adauget mala. Morietur anno 66. Si à calathitatibus publicis cauerit. Tunc enim Sol Lunæ quadrato in Sagittario occurrit. Aliter nunquam deest occasio: Primum iuxta 24. annum submersionis: & antea febris ardantis trigonis Lunæ, corpus Martis, inde etiam iuxta 28. cum ad Mercurium rixæ iacturæ honoris. Ab ascendentē autem iuxta 28. annum rixæ peregrinationis acutæ febris, & iuxta 50. submersionis. Mortem quidem evadere poterit, periculum non. Vel erit suffocatio ex morbo, vt asthma vel attonitus. Generaliter autem si non violenta morte moriatur erit satis longæus.

De corporis forma.

Planetæ occidentales faciunt paruos & erit obesus, valde proprium Iouis in Libra & Geminis, pulcher, validus. Forma est ex Venere, Saturno, Ioue, Mercurio, hic dat agilitatem. Sol omnia decora reddit, addit & gratiam ac gravitatem, & patri aliqualiter similem reddit. Cumque sit notus, non cadit insipito quod omittam timore erroris.

De vitiis & morbis corporis.

Beneficia est in horoscopo, ideo cum neque in sexto, nec septimo, nec primo loco si malefica vitiis carebit. Nodus etiam absit, solum Saturnus in imo cœli aliquid circa pedes posset facere. Morbos iam diximus: erunt plerunque febres putridæ. Sol, Iupiter, Libra, calida & humida. Sed quia superat calor, longè minus vexabitur.

De animi qualitatibus.

Mars est dominus locotum Lunæ & Mercurij, inde Venus & Luna ipsa, ultima Iupiter. Hac autem descripta sunt suis locis. Mars

Mars est debilis & occidentalis utroque modo. Veneris occidentalis & ipsa, sed matutina cum sit aucta motu. Erit valde callidus & supra quam existimant homines: nam Mercurius alligatur Lunae trigono, ob id promptissimus & fortis, & audax, & boni ingenij.

De animi vitiis.

Carebit vitiis animi, quoniam non eleuantur malefica super dominos qualitates animi, & Mercurius Lunam respicit, & neuter est in angulo. Quia tamen Mars est in nodo, mutabit opiniones, & erit praecipus aliquando. Et credo quod ipse prudentia sua omnia etiam haec in melius vertet. Erit Veneri abunde deditus non nefandæ. Et fudis etiam delectabitur. Sæpius etiam ocio. Sæpius etiam bonus socius, comptus, ornatus, luxus, & voluptatibus deditus. Tempus inferire noscet.

De diuitiis.

Sors est sub Luna & in beneficarum dignitatibus in quadrato Veneris & trigono Martis. Acquisita per artem & ex donis, coniuiis & voluptatibus maxima ex parte consumet. Lucrabitur autem plurimum. Et maxime iuxta senectutem, id est, post quinquagesimum annum. Et generaliter multis modis lucrando erit felix. Et anni boni erunt maximè 32.33.44.45.56. & 57. & hoc si ingressus non repugnauerint. Rursus magnam occasionem felicitatis habebit cum ad 7. Arietis partem peruerterit anno scilicet quinquagesimo, & ante scilicet 45. Et si ingressus fauebunt erit maxima, si repugnabunt mediocris si neutri magna. Undique etiam diuersis annis causas inueniet.

De honoribus.

Sol est in angulo & signo masculino atque ibi latrones: Est igitur tertij aut quarti status. Tertij, debilis iuxta Ptolemæi verba, iuxta sententiam quarti, sed non validi. Erit proculdubio gratius principibus, sed illis ut cunque non satisfaciat vt voler. Cæterum magnanimus, splendidus, liberalis, honorum appetens. Ex ira & ludo detrimenta accipiet. Nec ex corde amabitur ab illis. Ipse tamen eos magis in potestate habebit, quam hi eum: nam Sol est in dignitatibus Saturni & Veneris. Aliquando dignitates habebit, quamvis medicorum ratus.

De opificio.

Rursus insurgent Astrologi ænnuli, ubi opificium, ubi Planeta orientalis, aut in cœli Medio? Præterea dico quod Iupiter & Mars, & Luna opificij domini sunt, & quia conueniunt cum tertio statu, significant medicinam. Et quia sunt occidentales, nec in cœli Medio, aliquando se ab exercito sponte remouebit. Et in tempore quo illi vacabit, fieri non potest, vt illo modo sit assiduus.

Quare non errat is, sed qui malè eam intellegunt. Manifestum est autem quod minus assiduè, quam ego illam exercebit. Dipinabit certo modo, aulicus erit, & multa ac magna tractans negotia, plus illis, quam medicinæ intentus erit.

De conjugio.

Luna est in quadrantibus partim occidentibus, partim orientalibus, significat media ætate uxores. Est in bicorporeo & pluribus complicata: unde habebit etiam concubinas cum uxore. Quædam erant ingeniosæ quæ à Mercurio, quædam iucundæ, quæ à Venere, aliæ contumaces quæ à Marte. Current testimonio Solis, Iouis & Saturni. Quod de multitudine dixit Ptolemæus uxorum, loquitur ubi diuinitum, aut uxorum pluralitas admittitur.

De filiis.

Erit prolificus (quamvis iam exegerit annos 33. & nondum habeat nisi filiam unam) & foeminarum potius quam masculorum. Multi tamen non superuinent de filiis ac filiabus. Quod si Saturnus esse in imo cœli, vt videtur, nullus aut vix unus, aut una supereret. Sol enim præter id infelix cœli Medium quadrato radio grauter afficit. In universum pauci supererunt.

De amicis.

Mira res est amicorum, & vt dixi, hic apposita est hæc genitura ob exemplum, sed cum nostra concordat, vt Ptolemæus dixit Lunæ locus cum Lunæ loco, & Solis locus cum Solis loco, & ubi est locus Solis illi, ibi est Venus & Mercurius etiam mihi, & dominus ascendentis utriusque est unus, scilicet Venus, & illius ascendens signum mihi sextæ domus, & pars fortunæ illi, sub Luna mihi, & cœli Medium atque imum cum cœli Medio, & imo vicissim in genitüris nostris commutantur: multa denique inter loca principalia contrarietas. Ascendens etiam eius proximum est loco Solis mihi. Cum secunda autem, vt dixit, conuenit ratione serui, Luna huic est in opposito Lunæ domini sui ad vnguem & propè Iouem illi. Et Saturni locus hic, locus Veneris illi. Et ascendens signum sextæ domus secunda genitüræ. Ex quo videor egò Archiepiscopo conciliatus per ipsum Casanatum. Quo ad curam, ego videor ex australi melius tentare, quam Casanatus, quod cum Saturnus sit causa morbi in secunda genitüræ, locus oppositus significat sanationem. At ego ibi, id est, in tertia parte Tauri habeo Iouem, ipse Casanatus Martem propè locum non in opposito. Scripsit tamen, vt aliâ dixi, libellum de cura huius morbi disertè certe & facundè, & subtiliter magno ordine, vt quisque mirari possit illius diligentiam.

De itineribus.

Rursus hic insurget æmulus astrologiæ , vbi signa itinerum , vbi signa tam diuturnæ moræ extra patriam ? Nam hic luminare . non Mars , non Sors cadunt ad angulo . Sed audi ô bone vir ? Duo mediocria faciunt vnum magnum , & tria vnum maximum . Luna est peregrina , & in fine quinti loci , hanc aspicit Mars , & Saturnus est in imo cali , & ipse est ex gente qua peregrinatur . & affluita morati extra patriam . Pater enim suus qui adhuc vivit Hispanus est , & vitam agit Besuntij in Burgundia loco remoto valde à propria patria distantia , sed longè plus moribus . Et hoc est , quod dixit Ptolemæus , & quod sæpe reperi , iudicia Astrologi sunt ex astris & ex temperaturo . Cum cœli Medium ad quadratum Martis applicuit in 6 . Leonis parte significavit discessum è patria , & ex hoc & aliis haberri potest verum genitrix tempus . Ex quo colligitur vnicuique contingere multa communia natis propinquo tempore , alia autem propria .

De morte.

Mors , vt dixi , erit ex casibus obuiantibus , & iuxta naturam loci cui obuiant Anæretæ . Et scias quod multa contingent huic homini , qua non sunt scripta hic , de quibus mirabitur , qua erunt aliena ab his qua hic promittuntur propter processus & ingressus , quos si quis voluerit considerare , ætate vna indigebit . Hæc autem qua hic

scribantur sunt generalia & firma , que cum per ingressus , & processus mutabuntur , ad pristinum tamen statum sponte redibunt .

De temporum divisione.

Loci principales sunt Cancri pars 18 . Librae 12 . vel 15 . tum etiam 21 . Piscium 3 & 10 . Et erit notus omnibus Principibus non tamen in ea quam desiderabit existimatione . Sed successu temporis in maxima apud quendam . Et succendent ei quædam magna sui causa , qua videbuntur inexpectata . Et quibus necessitatibus legibus quædam enuenire tenentur , iisdem etiam scire , aut sci- ta dicere .

GENESIS X.

Pauli III. Pont. Max.

AD veritatis inquisitionem miris modis non numen aliquod assiduè aspirantibus iuvit , vt non solum magnifica & præclara , sed etiam rarissima , inusitatique evenitus exempla proferrem . Nam cum ea priuata vita , exiguaque fortuna ad Regnum ecclesiæ seu sacerdotij pronectus sit , fuit etiam eruditus Greca lingua haud mediocriter , vitæque diuturnioris , prudentissimus , Matheseos non ignorans . Sed quod maximum omnium est , omnia prius illi prædicta sunt , quædam evenenterint . Quomodo autem dicemus inferius .


Motus	Latitudines	Differentiæ	Rect.	Hor.	Tem.
* Vel.		78	0	An. 15	42
) Vel.	S A 4 50	23	12	An. 12	22
P Vel.	M A 2 4	52	29	An. 14	4
♀ Med.	M A 0 18	13	44	11	22
♂ Vel.	S D 0 43	17	8	An. 12	5
♀ Vel.	M D 1 3	68	10	An. 15	0
♂ Tard.	M D 0 23	77	44	12	50
Cœl. Med.		247	17	11	27
Ascendens		27	44	12	50
Sors		48	1	An. 13	45

Stelle inerrantes.

Saturnus cum præcedente flexus Piscium magnitudinis quartæ , naturæ Saturni & parum Mercurij , vnde patet decreta Saturni maximè cum horoscopi dominus sit confirmari memoriam , patientiam , constantiam .

Iupiter cum dextro humero Orionis magnitudinis primæ , naturæ Martis ac Mercurij , & cum dextro Aurigæ humero seconde magnitudinis , naturæ autem præcedentis . Corpore autem iunctus summittati clave Orionis , magnitudinis quintæ naturæ Saturni & Iouis . Atque quartæ stellæ adiacentium cornu boreali Tauri , magnitudinis quintæ , naturæ Martis & in via Lacæta : Augent ergo hæc Iouis robur & significata , diuitias , & honores , & sacerdotia maxima .

Mars inter Vergilias collocatus , Lunamque venientem in sua altitudine expectans ,



& in Solis sextili , administrationes maximas , exercitumque potestatem decernit . Cumque in quadrato sit Mercurij , prænitatem morum adiicit .

Lunæ

Luna est cum Cauda Arietis, magnitudinis quartæ, naturæ Veneris, vnde fortunam bonam auget, & Martis detrimenta minuit.

In occidentis angulo coëunt radij quadrati Martis, oppositi Mercurij, tricorni ferme Saturni, & sextiles Iouis, vbi & Regulus naturæ Iouis & Martis fortunam firmam in senio ostendens ac illustrissimam, sed & prægrandes calamites: Quæ omnia illi contingunt summi sacerdotij adeptione, & filij morte violentia.

Itaque occiso Petro Aloysio, vir insignis Ioannes Maona Pisanus à secretis illustrissimi Praefidis prouinciae, Ducusque Cæsarei exercitus inuentam epistolam inter arcana occisi Principis huiusmodi nobis obtulit, cum hac etiam inscriptione.

Copia Capituli literarum Excellentissimi Astronomi D. Paridis de Mantua ad Reuerendissimum Cardinalem Alexandrum Farnesium, nunc Pontificem Maximum tempore obitus Leonis.

Reuerendissime Domine, vidi & cum summo studio ea, quæ ad me transmisæ circa genitaram Vest, Reuerendiss. D. & diem nativitatis quæ fuit 28. Februarij mi. 46. anno Domini 1468. cuperemus recursu syderum satisfacere desiderio tuae D. Reuerendiss. in his proximis comitiis: Verum sydera pro nunc non sunt disposita, sed in aliud tempus erunt benigniora. Pollicentur enim assumptionem summam ad gradum Pontificatus anno Domini 1534. Qui erit annus 66. dies 253. hor. 9. mi. 34. ex directione Solis ad trinum Mercurij cum testimonio Iouis & Saturni. At interim non leue periculum in aquis anno 61. mensibus 6. diebus 3. Ex directione Lunæ ad quadratum Saturni. Anno 81. diebus 68. 1549. D. Reuerendiss. grauiter se habebit cum magno viræ discrimum, quæ dies erit 4. vel 5. Maij 1549. ex directione ascendentis ad suum trinum, qui pro quadrato habetur, eo quia est in signis bœuium ascensionum, cum testimonio Saturni domini terminorum illius directionis, & sine auxilio Iouis cum non reperiatur in aspetto quadrato trino vel opposito in ista directione. Posset tamen præsentia Iouis conferre, quod tamen nos non credimus. Hæc ille vir penè divinus.

Examen precedentis prædictionis & totius geniture.

Primum inscribitur copia Capituli literarum, & non copia literarum, vt intelligamus in his literis etiam alia contenta suis, & non solum hoc capitulum. Quæ forsan de aliis rebus erant. Filium autem Pontifices exemplar prædictionis, vt diuinum quoddam oraculum tantum curasse transcribi. (Excellentissimi D. (Hoc epithetum additum fuit ab Anagnosta Petri Aloisij, non ab ipso episcopo auctore. De Mantua palam est (ex his quæ nos sciuimus a suo discipulo Euangelista Brasca Mediolanense monacho S. Benedicti

quæ postea in gratiam magistri, quod magister mortuus iam esset vocatum à Paulo. III. Pontifice, qui prius Alexander Farnesius vocabatur & à religione, collegioque monachorum exemptum creatum in episcopum) eum fuisse Paridem Cæsarium familiæ, qui & patria Mantuanus vocabatur. Hoc autem ad Excellentiam maiorem indicum, vt patriæ solum nomine tanquam non solum inter familiæ homines, sed totius patriæ emineret, agnosceretur. Quod maximè in vsu habere solemus in regionibus longinquis. Vt apud Anglos Mediolanensis Regis, nam familiæ nomen penè ignotum est. Aut dixi, ob viri maximam excellentiam. Ad Reuerendissimum, Palam est quod qui res curant, non possunt adeò de sermonis nitore esse solliciti, nam Reuerendissimus haud Latinum est epithetum. Vt in quo quandoque tamen & nos cum nihil illius loco habeamus. Licit autem tunc nouis epithetis dignitatibus rebus noua indere nomina, tametsi non adeò Latina dici possint, maximè apud eos qui non de sermonis elegantia certant, sed rerum veritate. Nunc Pontificem maximum declarat, qui rescriptis tacite causam cur rescripterit, non enim antequam eventus sit fecutus rescriptis, sed rei miraculo ductus & succendentium expectatione, iussit filii hæc ex literis ipsius Paridis Cæsarij atque authografo exscribi. Additur tempore obitus Leonis, ne quis crederet epistolam conscriptam tempore, quo iam factus esset Pontifex, & vt longa præuisione res honorabilior haberetur. Nam propè quandoque ex coniecturis licet ventura præcognoscere atque prædicere: Multò antea prædictisse, omni suppositione caret, & dñi initus est.

Reuerendissime domine, licet ex responso petitionem Cardinalis coniectari, quæ quatuor continebat capita. Primum an cum mortuus esset Leo decimus, posset ipse eligi in Pontificem. Nam vbi posset, rem in animo habebat tractandi audacter: vbi non, amicis opera danda erat, nec in cassum repulsa querenda. Ex quo patet quanta ex arte utilitas habeatur. Quamque sapienter Cardinalis arte vñus sit, vt vñonis modo prædictio caderet, non parum illi vñsi futura esset. Perspectam quoque artificis excellentiam habuisse non ex hoc, sed ex aliis antea. Secundum quæsumus fuit, si non modo continget quando futurum esset. Ex quo patet ab illo sperasse omnino quandoque futurum Pontificem,

Nam non quæsisset adeò constanter an tunc esset futurus Pontifex, si non sciuisset se quandoque futurum. Nec is addidisset, (verum sydera &c.) nisi aliquando futurum prædictisset, aut saltem ille tunc quæsisset. Tertium quæsumus quæ illi ventura essent interim, selegit autem vñus notabile verum, non vt nostro tempore decem exigua, quorum cum maior pars falsa deprehendatur, illud quod verum est atque succedit, non ex arte esse creditur. Quartum & vñimum, quantum superuicturus esset. Nunc vero singula discutamus.

Responder ergo Paris vidisse genesis, & ne obiter crederetur subiicit 28. Febr. anni

1468. non dixit ultimo Febr. quia annus 1468 est bissextilis. Sed addit mi. 46. Error est in scriptura, hor. mi. 46. ante mepidiem legi debet. Sic qui ediderunt, qui dederunt & factum ipse Pontifex mihi approbavit. Brascia illam esse dixit, & quod maximum est directiones omnes congruant. Mortuus est Leo Octobris mense 1521. prædixit submersio periculum ante septem annos quam fuerit, electionem ante 12. vitam senis annis 27. audacter extendit, ob quæ nobile hoc præfigiun dici inter cætera meretur.

Cuperemus te cursu syderum satisfacere, tanto meliore sensu oratio est, quo barbara dictione contextuque magis. Id est, cum alij astronomi, vt blandiantur intertarrant syderū de cœta, quæ non sūt in nostra potestate, ego doleo non posse amoliri quod decernunt. Policentur enim assumptionem: Primū hoc præsupponit vitæ diurnitatem, quoniam Sol & ascendens fuerunt Aphetae, & cum ascendentे Mercurius trigoni dominus orientalis, & matutinus, & radij trigo-ni Iouis ad ascendens, & sextiles Lunæ ad Solem. Et Gauricus dixit se obseruasse in plus quā mille genituriæ viuaciores esse illos, quibus Planetæ sunt sub terra, quā supra terram. Et existimat hoc esse contra decreta Ptolemaei, cùm non sit. Nam supra terrā malefica præsertim cum fuerint radios oppositos transmittunt infra terrā, quibus obuiū ascendens perimitur. Infra terram corpus maleficæ non adeò perimit, vt radij oppositi. Ptolemaeus loquitur de naturali robore vita qui maior est his, qui Planetas maximè lumina-tia supra terram habent. Constat igitur omnibus rationibus debuisse esse longævum & valde. De dignitate autē Pontificia fuit primū ex nobili familia ex vrbe, ex qua plures fuere Pontifices, quā ex alia. Pontifex enim Romanus est Episcopus in senili ætate in qua maximè solent deligi, vt plurib[us] satisfiat, multi Cardinales frequenti largitione dientur. Ipse verò blandus & callidus, & in opinione hominum quod esset aliquando deprehensus pro morbo attonito & quod esset probus vir. Nec fuit omnino malus si sui generis hominibus conferas. Erat enim, vt dixi, eruditus eruditis, maximè pauperibus, beneficus, prudens, nec fæsus, nec religionis contem-ptor. Sed quo ad sydera attinet, fuere quinque notatu digna, Sol in ascendentē cum erronib[us] comitantibus & Mercurio orientali, & Ione in angulo. Mercurius in optimo statu trigono radio excipiens Iouem in angulo. Sol exceptus à Ioue ex quadrato & in sextili Lu-næ potentis. Cœli Medium in Iouis opposito domini sui & trigono Saturni. Cor Leonis in occidente, significans ætatem declinantem, maximis honoribus & potestate agendam. Adiuuant haec radij in occidentem transmissi maximè Mercurij & Iouis, & tot stellæ insi-gnes cum ipso Ioue. Mercurius autem in ho-roscopo facit sagacissimum. Itaque iam con-stitutum erat futurum Pontificem, maximè quod ætatis processu meliores genitura natu-rum interitu inefficaces redduntur.

Qui erit annus 66. dies? Ostendit firmi-ter hæc se prædicere, velut & illud (Non

potes) vide quā expreßè loq[natur], non quemadmodum nostræ ætatis sycophantæ forsan, fieri potest, existimo, altra videntur polliceri, nisi esset, & tales metæ nugæ: at ipse dilucide & quod successurum non erat negauit, & quod successurum erat pollicitus est nulla adiecta ambage. Et adiecit annum & dies, ne fortu[m] prædictis existimaremus: nam nisi addideris quæ ars erit. Omnia enim ad sic vel non reducuntur. Horum verisimilius persæpe eligere facile est. Deinde dum viuit, semper si tempus non adicias dicere potes futurum esse: cum fuerit mortuus, quis te mendacijs coarguet. Ita nebulae hi nunquam reprehendi possunt. Quinimo si nunc decem sint Cardinales seniores, aut alicuius nominis, omnes habebunt suum va-tem. Sed qualis vates? impudens: adulator, & proditor. Multos enim spes præcipitat. Adiecit ergo diem, vt artificioam indicaret esse coniecturam: incidit autem 253. dies à reditu anni 1534. in 5. Nouembris, sed elec-tus est 13. Octobris. coronatus 2. Nouembris. Intercessit error dierum 23. quibus seruis iudicavit. Direxi igitur secundum regu-lam Ptolemaei & primo cœli imum ad locum trigonum Mercurij, & peruenit ad illum in Par. 14. mi. 42. Et post Solem ad imum cœli & peruerit ad eum in Par. 56. mi. 53. quæ collectæ faciunt Par. 71. mi. 35. Sed simul dirigendo fiunt Par. 66. mi. 11. Et hoc con-sentit sphæræ. Paris autem Cæresarius habebat tabulas exquisitissimas, vt vidi apud Euangelistam Brascam. Et sunt tabulae Mon-teregij directionum ad Romam situm exqui-sitissime accommodatae, & absque suppurationibus. Mihi autem satisfaceret instrumen-tum de quo aliâs sibi dixi sub forma planisphærii. Hunc modum si addideris his, quæ Ptolemaeus scripsit, efficies maiora, quam Ptolemaeus ipse. Etenim Ptolemaeus modum illum dirigendi posuit pro exemplo. Quamvis vt dixi, dícrimen oriatur ex hoc quod Ptolemaeus in quarto modo facit directionem compositam, Cæresarius non. Sed Ptolemaeus sumit auxilium à processu qui talis fuit, & ingressus, vt hic infra vides. Sed ad oppo-situm locum deuenerat, qui fuit trigonus radius Lunæ & Marris, & quadratus Iouis, & aspiciens Saturnum. Sed quod maximum fuit hæc synodus radiorum celebrabatur in Geminis, & cœli Medium peruenit ad lo-cum illum, vt infra vides. Et Mercurius ad locum radicis in optimo statu & respi-ciens rursus synodum trigono. Et fuit ibi Mars fauens electioni, quia ab initio rece-pit Solem sextili radio, & fuit dominus tri-goni loci Solis primus, & ipse inter Ver-gilias significans consensum multitudinis. Cum igitur iunxerit tabulas exquisitas via processuum, habebis rem de qua homines mirabuntur. Nihilominus etiam absque illis sufficit.

Et hæc de anni inuentione, sed de mensibus, & diebus non oportet, vt credas, quod eo-dem modo habeantur in talibus: nam in vi-ta & his quæ naturaliter prouenient in cor-pore, & anima bene eadem est ratio. Sed in talibus oportet vt fiat concursus causarum, vt etiam

etiam in libro de Fato diximus. Vtpote quod iam mortuus esset Pontifex alius, nam

Cœl. Med.	Δ	9		
Sol	mp	18	20	X 18 20
Luna	w	16	34	mp 0 24
Sors	Δ	20	53	
Ascendens	Ω	22	39	
	H	G	20	38
	Z	P	24	5
	O	I	19	14
	F	S	4	13
	Q	W	20	56

duo Pontifices simul esse non possunt. In hoc igitur casu nec melior processus, nec ingressus est eligendus, sed iussit ut satis concordet. Et quod concursus cum aliis causis conueniat. Et hoc vbi directio non cadat ad vnguem in annum processus optimi.

Sed vbi cadat directio ad vnguem in annum, tunc eligendus est mensis, qui magis concordat ratione processus & directionis, ita quod in hoc casu querenda est exacta directio & processus.

Quod si directio consentiat processui & ingressibus non tamen conueniat concursus caufatum, tunc habebit primum locum post illum, puta post Pontificem aut Regem. Et si concursus succedat statim habebit rursus primam dignitatem: si autem multo post plerunque evanescet vis illa, nec habebit, sed in aliud transferetur. Ideo secundus locus succedente morte principalis statim est signum, quod succedit in principali, quia talis secundus locus significat omnia adfuisse ex parte sui, sed defuisse occasionem. In hac igitur genesi quod ad annum attinuit nihil defuit, nam & transitus ascendentis ad septimum locum vbi erant radij oppositi Solis & Mercurij, & quadratii Luna & Martis, & trigoni Ioui, & cor Leonis indicabant dignitatem maximam & autoritatem, ac factum qualis solet adesse Pontificibus.

Pro mense igitur & die obseruanda est directio exquisita, vt dixi, vbi in eundem annum coincidat: Secundo processus qui fuit ad nonnum mensem: Et quia annus peruenierat ad opposita signa, & oppositio non diuiditur nisi in trigonum & sextilem conuenienter, ideo peruenit mensis ad sexilem radicis & trigonum revolutionis anni hoc modo. Et ita Sors ad optimum statum peruenit. Et Luna mensis initio fuit in celo Medio radicis.

Sol	O	18	20	
Luna	G	16	34	
Cœl. Med.	W		9	
Sors	I	20		53
Ascendens	V	22	39	

Ex directione Solis.) Addit causam ne crederetur vaticinari ex dampno aut inani arte. Assumit Solem, in hoc consentit cum Ptolemæo. Ad trinum Mercurij præfert trium corpori, & Mercurium Ioui, quia

Mercurius erat in optimo statu in centro horoscopi, orientalis, matutinus, dominus loci proprii & directionis: Ioui omnia in contrarium cedeant. Cum testimonio Iouis & Saturni, Iupiter tamen erat præsens corpore loco directionis, & dominus loci Solis, & cœli Medij. Saturnus aspiciebat locum de sextili vbi directio cadebat, & erat dominus trigoni loci.

(At interim.) Voluit confirmare prognosticum ex re evidentissima, scilicet in aqunam cum morbi, vulnera, casus, ruina, venenum, accusatio, etiam si predicanter, leue momentum habent: periculum ab aqua in viro potenti ostendit vim Fati, si præsum cum tempore non possit vitari: nihil enim facilis, maxime habitantibus mediterranea. Præmonitus igitur si cauere nequeat, magnam declarat Fati necessitatem, Incidit ergo & penè submersus est. Sed tamen ut audio paulò serius quam prædictum fuerat iuxta annum 65. Seu quod in supplicatione error fuerit, seu quod verè anno illo 62. scilicet casus acciderit. Et certè anno 62. Luna erat in initio Scorpii, & ibat ad Saturni oppositum, qui fuit in 13. parte Tauri. Quidam dicunt quod anno præcedente electionem etiam cecidit ex attonito morbo, eo quod Luna passa est deliquium mense Augusti valde proximè horoscopum. Sed nos nugas aliorum non curamus. Certum est quod cum satellitio stipatus esset iuxta tempus definitum, cecidit in flumen, in quo penè submersus est. (Ex directione Lunæ ad Saturni quadratum.) Dat causam, non semper hoc facit Luna, sed cum esset Luna iuxta Pleiades & Martem cadentem, significauit periculum violentæ mortis ex humido. Et quia Saturnus erat anchor, & omnes sub terra, ex casu in aquam.

Anno 81.) Horoscopi ascensio est par. 337. mi. 59. Ascensio loci trigoni Mercurij, qui est pár. 22. mi. 39. II est. par. 59. mi. 10. Differentia igitur est par. 81. mi. 11. Et sunt iuxta illum absque additione septuagesimæ secundæ partis anni 81 menses 2. dies 6. qui si competitentur à die natalitio qui fuit 23. Februarij cadunt in 4. aut 5. Maij, habes rationem dictorum. Circa quæ animaduertendum primo quod corpus Saturni non occidit in 31. antis quia Saturnus erat dominus ascendentis, & ascendens robustum præsenta Mercurij, Solis & radiorum trigonorum Iouis. Similiter nec Mars ob robur ascendentis & quia est in signo feminino. Nec radii quadrati proprii, quia licet cadant super corpus Martis, Luna tamen est ibi vicina, & quadratum ascendentis cum sit brevium ascensionum & terminetur in 55. annum habet vim sextilis: Et huius statim subiungam rationem. Vidi etiam quod Paris Cærelarius facit horoscopum 28. Aquarij par. non 23. alij ponunt par. 24. mi. 48. At hoc quod ad trigonum & quadratum attinet horoscopi & directionem Solis & Planetarum parum refert, quia circuli positionum parum ad modum variantur, & loci remanent iidem. Sed cur trigonius occidit cum vim habeat qua-

drati in ascensionibus, imo nec implet quadratum, quod continet 90. par. Respondeo quod cum agatur de directione & directio fiat per partes aequinoctij quarum natura quadrata est contraria, quia est medietas oppositionis, trigona & sextilis est amica, ideo in directionibus attendere oportet magis naturam consensus & contrarietas partium aequinoctij, quam signiferi, in aliis causis contrarium oportet obseruare. Et licet partes 80. non compleant signa tria, nec quadratum aspectum, nihilo minus cadunt in signum oppositae naturae. Velut si Aquarius ascendit, in imo celi est Tauri signum aequinoctialis non Gemini. Et quod sit verum ipsum celi semper respicit quadrato aspectu horoscopum. Et haec suo loco nos declaramus. Nunc brevi regula opus est: Inspice locum resipientem, & in quem cadunt radij, & si dominus se respiciunt sextili aspectu, erit natura radij illius sextilis, si quadrati quadrati, si trigoni trigoni. Eo anno dicit Iupiter non respicit locum directionis, nec quadrato, nec trigono, nec opposito. Intelligit quia in reditu anni 82. licet Iupiter fuerit in 22. parte Arietis, aspectus ille non est validus. Praesentia tamen loci Iouis supple in radice posse aliquid facere, quod non credo. Nota duo circa hoc, primum quod praesentia in loco directionum vel processuum, vt di etum est, debet esse per ingressum non in radice, vt contra Aphatarum ad loca radicis comparatio esse debet. Deinde proponit oppositionem corpori, dico quod oppositio Iouis est bona, quia ab initio fuit amicus ascendi, ipsum trigono radio respiciens. Sed non est melior praesentia eius, quod autem dicit esse meliorem, intellige de praesentia in radice non in ingressu. (Cum testimonio Saturni domini terminorum) Vetus est amplecti-fines Aegyptiorum, quia iuxta illos posita 28. parte Aquarij ascidente Saturnus est dominus finis & trigni illius in Geminis. Aut dicendum est quod scripsit terminorum pro termini. Sed prior opinio mihi arredit. Non dixit de etate decrepita, quoniam ut dicebat Galenus, viri praelati non solent adducere in medium, nisi ea qua paucis nota sunt, abstinent à notissimis.

Hæc vir ille ingenio plus quam humano scripsit. Memini anno 1538. audiuisse Pontificem iactasse quod securus esset de vita usque ad 14. annos expletos ab assumptione dignitatis. Vidi etiam scriptum quoddam, in quo daemon interrogabatur, quantum superfuturus esset à die dignitatis assumptæ? Respondebatque annis 14. Ita apud illum pro constanti habebatur, non nisi exacta anno 14. obitum. Sunt qui velint Paridem Cæsariorum daemonis auxilio innixum praetendisse astrotum istam immodicam scientiam, cum etiam audierim à viro fide digno atque fortuna illustri, constituisse in camini Pluteo capita marmorea, quæ eum infortunium immineret, sponte circumuerterentur. Sed hæc ut reor adeò mira ab illius excellentia in prædicendo potius sumplere

originem, vt homines velut antiquitus fabularentur. Peruenisse potius ad illum credendum est Francisci Maria Ferrariensis scripta, atque inter cetera mirum illud prognosticum Iacobi Picinini, qui à Rege Neapolis Fernando Arragonio occisus est, cum annum, mensem, diem & horam illi astrologus predixisset. Sileant iam Apollinis responsa, nihil tale enim in his memoratur. Trium igitur mirabilium prædictionum, Ascleratianis de Domitiano, Francisci Maria Ferrariensis de Iacobo Picinino Principe, Paridis Cæsariorum Mantuani de Alexandro Farne- sio, unam renocasse in examen contentus sum, reliquas si potero perducam in lucem. Cæterum vt ad rem redeam, cum Luna ad locum Ionis peruenisset directione anno 36. filium suscepit nomine Petrum Aloysium Patris virtute longè inferiorem, scilicet cruditione & prudentia, fauebat tamen eruditis, ex quo extant quatuor illustres nepotes. Propter cuius mortem & casum genesis subiicio præcedente non inferiorem admiratione. Ex priuato statu Princeps inde à suis occisis cum in arce tuta esset. Conspiratio ne omnibus nota præterquam ipsi, vt Fato mortuus videatur. Adsum præterea duorum principalium inimicorum geneses, & præseruimus eius propriæ, qui illum manu sua interfecit. Subieci & genesis primogeniti, vt simul aui patris, ac filij seriem intelligeres, quemadmodum & in nostra, nam & patris mei, & filiorum meorum comparisonem habes, & vt hic patri unicus fuit filius, illi multa filii, sic & ego unica proles parenti, multos progeni filios. Hic vero fortuna inferior parente fuit, nos autem superiores. Fuit etiam hic qui describeretur immodicus omnino puerorum amator, & patritus in- fensus. Alioquin moderatum se popularibus exhibuit ac plebi: credo vt securius regnaret.

GENITVRA XI.

Petri Aloysij Farnesij Principis.


Alsumpto ad Pontificiam dignitatem Alexandro Farneio, qui vocatus est Paulus Tertius consensu collegij Cardina- lium, duæ ciuitates Placentia & Parma olim subiectæ Mediolanensem Principibus & ob- ararij inopiam pignori data Pontificibus pro certa pecunia, Petro Aloysio concessæ sunt sub Dicis, vt dici conlument, titulo. Nonaria quoque pecunia causa Pontifici pignori data, Cæsare permittente, illi data est, vt trium simul ciuitatum egregiarum Princeps factus sit. Quod si vel Fata voluissent, vel ipse moderari fortunam sciuisse prudentia & potentia patris, non solum patra conseruare, sed egregie augere potuissent.

Liber XII. geniturarum.


549

Iupiter cum Apolline magnitudinis secundæ naturæ Mercurij.


Luna iuxta Caput Serpentarij magnitudinis tertiae naturæ Martis & Mercurij.



Communia his duobus sunt quinque ascendens in signo Leonis quod ambitionis & truces creat. Venus cum Sorte hoc ad rem nihil utriusque tamen causa mulierum, divitiarum incrementum pollicetur. Quod nescio quomodo contigerit, certum tamen est. Ter-



tium est Mars in casu suo, hoc raro ostendit dignitates in re bellica aut administrationes, ob id qui talia patrant raro assumuntur ad administrationes, natura ipsa rerum cum



afris consentiente. Qui enim talia agunt sibi
Tym. V.

timent & ob id alieno nomine non gerunt res. Mars etiam in casu suo administrationes negat, idem in angulis & opposito Lunæ. (Est autem hoc utriusque commune & quartum ac quintum) ad homicidia impellit: solum Mars in Lunæ opposito eos nasci facit qui ad hominum cædem prompti sunt, vt hic in his duobus exemplis vides. Et in geneti-Principiis cuiusdam, qui ad me pro iudicio 100. coronatos transmiserat, licet mercator mihi 25. subripuerit. Is enim cum Lunam in opposito Martis haberet ex quacunque causa ad hominum cædem prorumperebat, vt sic iam plures adhuc inueniunt jugularit. Occulus est die sabbathi 10. Septemboris anni 1547. hora diei, id est, à Solis ortu 5. quæ est 17. horologij & secunda ante meridiem cum prausis esset. Fuit is annus ætatis 44. eo tempore Sol peruenit ad oppositum Saturni in annis 45. completis ex loco tabularum. Habes igitur quod ex hac directione debuit mori, quia Anæretæ erat duplex & potens domino loci iunctus. Quod eo anno, quia processus concordabat directione, Quod violenta morte, quia Anæretæ erat in loco contrario naturæ suæ & duæ maleficæ iunctæ simul & locus Martis imperabat loco Solis. Quodque à suis, quia dominus ascendentis erat in loco directionis, & Iupiter qui Anæretæ fuit dominus fuit loci Solis qui fuit Apheta. Quod verò mors violenta esse deberet, alia præter hæc suadebant: Dominus alcendentis in trigono maleficarum & domini loci oppositi, vt intelligeremus bonis atque malis atque iniuriam futurum, Mars imperans Soli loci ratione. Luna infelix & sub radiis à Sole ad Mercurium infelicem defluens. Erat præterea Iupiter alter ascendentis dominus cum maleficis & tres superiores retrocedebant: quod cum contingit, inditum est semper atram bilem predominati egregiè, vt experimento didici. At verò tres celebrat coniunctiones Iupiter cum Marte antè natinitatem in 14. parte Cancri, post retrocedens in 9. ultimo directus in 6. Cum Saturno verò iungetur etiam Iupiter in parte Cancri. Cancer autem omnium quæ in celo sunt signorum, vt dixi potentissimum. Proximus nobis regium dominus Lunæ longatum ascensionum imperans. Eodem anno ascensio peruenit ad Martis sextilem & Pleiades. Mars autem cadit ubi est & in loco directionis retrocedens iunctus Saturno similiter cadenti atque retrocedenti. Atque hæc

Processus mensis.

Sol & Luna

Ascendens & Sors

Cœli Medium



de anno. De mensē verò ac die alia ratio est, fuit mensis 11. in anni initio. Saturnus fuit in loco Mercurij radicis & Venus redierat ad locum proprium dominae trigoni loci Anæretæ prima. Sic etiam in precedenti genesi anno, quo creatus est Pontifex dominus trigoni loci promittentis, id est, 23. partis Geminorum primus redierat ad locum radicis. Dixi enim quod in his, quæ per multos celebrantur, dominus trigoni maximam

A A 2 apud

apud Ptolemaeum obtinet potestatem. Luna vero ibat ad quadratum Veneris & sextilem Saturni, eratque in illius Carpenterio in parte 16 Librae. Sed ut ad mensem reuertar fuit eius initium dic 26. Augusti eiusdem anni, & tunc Luna fuit in loco interemptorio, id est, loco opposito Saturni & Martis in radice & loco Veneris tam in radice, quam in initio anni. Pridie quam occideretur celebratur est coniunctio Solis & Martis, quæ significat ea die initium arctum consilium perficiendi. Ea die Luna fuit in Leone, quod pertinet ad eos qui interfecerunt, nam fuit inter amborum horoscopum. Fuit igitur anni eius pro-

Sol	$\text{S} \ 6$	$\text{S} \ 8$
Luna	$\text{S} \ 13$	$\text{S} \ 18$
Ascendens	$\text{A} \ 9$	
Sors	$\text{A} \ 16$	
Cal. Med.	$\text{S} \ 19$	

cessus vt vides. Vides igitur in processu illius anni omnia loca principalia esse afflitta, vt minimè posset evadere. Et quia cœli Medium affligebatur in morte, amissa est maior pars principatus. Ex tribus enim civitatibus amisit duas, scilicet Placentiam & Nouarium. Et quia maleficæ erant iunctæ, & dominantes loco interemptorio, & ipsæ malè affectæ, corpus enim post cœdem fuit etiam contumelij magnis affectum. De causa autem exactissima, mensis dies & hora ob propriae superficie. Nunc vero ad illos qui eum occiderunt transferenda est consideratio. Primus, id est, Lando non poterat ullo modo occidere, quia nil tale ex genesi portendebatur, seu quod esset podagrosus, sed Angosciola Saturnum habuit in loco Solis Farnesij ad vnguem, est autem Saturnus, vt dixi, Farnesio Anæretæ, ideo illius manibus occisus est. Fuit hic annus Lando 37. atque ideo in processu omnia ad locum radicis redierant, & quæ in genesi significabantur tunc præstare debere ostendebant, cum esset in ætate Solis. Angosciola fuit 32. Actiones directione non indigent, cum sepius possint iterari, & sint in potestate agentis: sed Solis processibus & ingressibus nihilominus eo anno Lando Luna peruenit directione ad locum Solis inter Pleiadas: quo fit vt etiam cum luminaria sint malè affecta, Sol in Pleiadas: Luna in opposito Martis, vt vtroque lumine sit valde laesus. Ob id etiam contingit, vt plures ex his qui breuem habent viatum sint homicidæ, quoniam hic luminaria à Marte oppugnantur, ant illi vel eius stellis immiscuntur. At Saturnus cœtitatis author est, ideo non ita cœci prompti sunt ad homicidia, præfertim cum facultas desit: Sed malos animos gerunt, suntque quales Saturnus designat, fraudulentii. Sed ad rem reuertor: ascendens vtriusque est inconiunctum ascendentis Farnesij, & in reditu anni Mars rediit ad proprium locum radicis in quadrato Iouis & Mercurij, Lando Mars in opposito Saturni & Mars in Cancri initio. Sed & Luna in opposita Solis in fine Scorpiorum: fuit autem Saturnus dominus ascendentis priocessus Farnesij. Sol quoque Lando & Mars

Angosciola inter Pleiades non simplex homicidium, sed coniurationem plurium significabunt. Plura dicenda essent, sed cum de principibus agatur, ne verba in malum sensum possint distorqueri, supersedeo.

Ceterum cum Iupiter & Venus affligantur in signo aquæ, vel ex aquæ signo à maleficiis, podagram insignem iuxta nostra principia significabant. Itaque correptus ea atque contractus, nodosus, atque penitus deformis & immobilis redditus est. Eius quartuor fuere filii, Alexander primus & Raynatus Cardinales, Octanius Parma nunc dominus, atque Horatius Princeps. Primogeniti viri splendidi & insignis genitaram caulis supradictis subnectere placuit.

Motus Planetarum	Latitudines
Sol Vel.	
Luna Tard.	S D 4 9
Saturnus Tard.	M D 0 24
Iupiter Vel.	S D 0 50
Mars Vel.	S A 1 0
Venus Vel.	S D 1 2
Mercurius Retr.	M A 2 4

Huic ascendens est locus oppositus Iouis patri & Mars iuxta locum proprium. Cum ascendens ad corpus Saturni & oppositum Martis peruenit, ægrotauit ad mortem, is annus fuit ætatis 13. Euasit quia Sol Apheta erat. Sol in vtriusque maleficæ quadratis radiis violentum exitum vite patri decernunt,



qui illi contigit anno ætatis proprie 27. Sicut Venus cum Sole in diurna genesi principatum. Hoc quidem in congressu per directiōnem cum Ioui ipsius Solis anno 24. vt triennio post cum occurrit radij Saturni & Martis, in Martis dorso cœdem quæ subsecuta est. Præsertim quod directionis locus, & in angulo, & in Scorpione, & in fine signi fuit. Nam & si radij amici sint trigoni sextilies, vt tamen vides atque te docui, cum ex domibus se quadrato respicientibus sint, quadratis æquivalent, ob quartam partem æquinoctij intercepta: Et rursus quia, vt alias dixi, Sol ab initio ab iisdem maleficis quadratis radii pulsabatur? Ex hoc vides quod in genituriis primogenitorum & ultimorum filiorum relucent fata parentum, non in aliis. Ultimus enim Raynatus natus est 1530. anno, die au-

tem

tem 11. Augusti, hor. 14. mi. 42. post meridiem. Et hic habuit Solē cum Marte, non tamen adeò expresse violenta patris mors significabatur ex hac constitutione, vt in primo geniti. Rursus in genesi secundi filij Octavij Ducis, qui longam Parma obsidionem perpessus est, nihil tale intuenies, natu anno 1524. die 9. Octob. hor. 4. mi. 23. post merid. Iouem habet in horoscopo à centro tantum distantem par. 1. mi. 15.

Ceterum vt ad Alexandri genesim reuertar, factus est Cardinalis anno 14. cum coeli Medium ad Iouem peruenit. Quia verò Sol quadratis radiis maleficarum pulsatur, tota illius vita erit plena contentionibus & periculis, ipse alioquin clarus, splendidus, atque inuiectus. Non erit abhorrens à Musis. Sed & liberalis, ac magnificus, magnanimusque. Vexabitur tamen corporis vitio quodam & inopinato casu concidet. Antea tamen ob Iouis situm, à multis evadet infortuniis.

Monendum etiam lector es de duobus, quæ ad principalem pertinent genesim, antequam illam penitus absolvam, quod omnes qui de cæde illius convicti sunt, maximam cum Leonis signo habuere coniunctionem, quod Leo non solum horoscopo Farnesij sit inconfundibile, sed & loco intersectorum, scilicet Cancro & loco in quem directio peruenit, id est, Capricorno, & locis dominorum horoscopi, cum alter sit in Cancro, reliquus in Capricorno.

Alterum quod scire præstat, est eos qui Lunam habent sub radiis Solis à maleficiis pulsatum, aut ad infelicem stellam enitem, & eis gravius si ipse Sol sit in Leone, Libra ve! Aquario, aut etiam Scorpione in pueritia repente morbis atrocibus extingui, vel si ad prefectam euaserint ætatem in malis consiliis pericula perpetui carceris aut violentæ mortis sibi parare. Hoc autem contingit, quoniam Luna cerebrum & consilium significat. Ex cerebro in pueritia convulsiones, phthises, resolutiones, febres repente, ob abolescentes in cerebro occidentes, contingunt. In iuventa autem facit audere supra vires, quod commixta sit Soli Luna. Sol autem ambitionis & spiritu elatos significat.

Quod verò ad concordiam genititarum neptorum cum aitis, vides quod huic Sol & Venus sunt in trigono Mercurij, & Iouis aitii, & Iupiter in trigono Solis, quod significabat dignitates ac dimitias (nam Sors prope Iouem erat) ab aitio habendas, illumque super futurum, donec ista posset efficere. In primo geniti autem nostri geneti amba malefica in Cancro, vt in patris mei nativitate. Saturnus auti significator longam illi vitam decrevit, cum esset robustus in domo, & in angulo receptus à Sole, & Venere in illius dignitatibus tum propriis constitutis, supervixit igitur annis 29. Vide etiam similitudinem, quæ inter utrasque geneses intercedit.

GENITURA XII.

D. Erasmi Roterodami Batavi.

CVM maxima solum exempla referre propositum esset, hoc certè maximum est. Homo natus obscuro patre, conditione ultima, omnes Reges in sui traxit admirationem. Epistolas & munera ab omnibus accepit. Quotannis à multis ex illis stipendium habebat. Ad hunc Pontifices maximi scribebant: Galerum offerebant: natus in miseria, mortuus in opulentia. Morbos semper, ad decrepitam peruenit ætatem, 70. enim anno mortuus est. Patria barbarissimus, eloquio elegantissimus. Dignus qui inter viuos coleretur & legeretur, tanquam Fato functus. Tot scriptis ut obiter scripta videri possint. Tam diligenter singula, ut sola scripta esse existimetur. Denique Homuncio ille quoad vixit inuiectus exitit, tametsi iuicia maxima laboraret. Sed ad rem renortor: Natus est Erasmus in Roterodamo urbe exigua Batauorum, nunc Holandia dicitur, ea regio inter Rhenum & Mosam sita. Hinc à sinistra mare, à dextra fluuius Roter, altitudinem habet par. 54. non procul est ab Antwerpia emporio. Igitur Erasmus ea urbe oriundus cum Saturnum haberet in occidente in Ariete, calculi dolore ad mortem perpetuè dislocatus est. Cum verò Martem in Piscibus atque in sexto loco podagram breuem, sed frequentius reuertentem, qua conflictabatur, passum denunciabat.

Luna in Scorpione sub Sole & cum nodo, morbos acerbissimos, quorum origo esset à cerebro. Pericula innumera violentæ mortis, caritatum vxore ac filiis vitam ducturum humilem, laboraturum infamia grandi, malo consilio vñrum in iuuenta, atque ob id miseram vitam ducturum, vitia etiam quædam secreta cœta pudenda denunciabat.

Venus & Mercurius in horoscopo cum spica & in Iouis trigono scientiam septem linguarum præstiterunt & theologia, quibus toti orbi & principibus præsertim notus inclauit. Dederunt hæc eadem sermonis suavitatem & elegantiam. Fuit Iupiter cum stellis penè eisdem, cum quibus nobis Saturnus. Domini qualitatibus animæ fuerunt Mercurius, Saturnus, Venus, Mars. Unde etiam prædiues apud bibliopolam uno contentus anagnosca diversabatur. Inde tot illæ faces, stimuli, triumphi, bella manabant. Venus Apheta Saturni trigonus ex signis brevium ascensionum occidit. Ibi fuit textilis horoscopi ex signis longarum ascensionum.

Porrò quod ad Sortem attinet, ab initio in opposito Saturni retrogradi & infelicitis fuit, mendicitatem non paupertatem ostendens. Deinde cum Mercurius, Iupiter, Venusque domini optimè sint collocati, & cū syderibus inerrantibus, & in occiduis quadrangulis, opes in senectute nuntiant insignes, qualeisque fuerint.

Memineris autem in Venere & Mercurio à Solis utraque coniunctione ad maximam elongationem orientales dici debere, à ma-

ximis elongationibus in reditu occidentales.
Vt matutinas ante Solem, vespertinas post.

& locorum qualitatis animi configurantur.
Qualitatis quidem animi ob innentionem,
ascendentis ob executionem ac labores.

Fuit exigui corporis & macilentus, in-
cundus ob Venerem in ascidente, ac le-
pidus, ob Saturnum autem occidentalem in
Ariete in opposito ascendentis parvus & ma-
cilentus. Cunque dominaretur loco Mercurij
Saturnus, fuit laborum patientissimus. Iupi-
ter fuit in uno circulo cum Hyrco magnitudi-
nis primæ naturæ Martis & Mercurij. Non
satis conuenienti illi.

Causa itinerum multorum quibus extra
patriam, & procul perpetuò versatus est,
fuerunt Sol & Luna in Martis dignitatibus
& si non cadant ab angulis, cadit tamen Mars
ipse. Porro tempora felicitatis à 32. anno
dum cœli Medium sextili Veneris applicat.
Increments & sacerdotij à 42 dum Sol oppo-
sitio Iouis. Nominis alicuius à 25. cum cœli
Medium Solis quadrato. Ex hoc constat
cum Mars male affectus sit in hac genitura
tum Saturnus, ipse verò non melius se ha-
buerit quam extrema senecta, & à 41 ad 56.
annum, nihil facere ad ætatum divisionem, vt
alias dixi, quod illarum domini bene aut ma-
le dispositi sint, sed directiones processus at-
que ingressus tantum inspiciendos.

